**Ubi ſecundo eſt ſciendū ꝙ** in genere poſſunt colligi tria impedimē ta in cognitione veritatis. Primuʒ eſt mala conſuetudo. ſicut libenter audiē di falſa vel cōſiderādi. nā vt habeť in de memoria ⁊ reminiſcentia. Cōſuetudo eſt al tera natura ideo homo ferť in id qȏ con ſueuit tanꝙ in aliquid ſibi naturale ideo ea que cōſueta ſunt libentius audiunť ⁊ facilius retinenť. quare dicit phus ꝙ illȏ qȏ cōſuetū eſt ſemper nobis nocius eſt. quod probat a ſigno de legib⁹ humanis tus inuentis ad cōuerſationē ciuilem in quibus audientib⁹ propter cōſuetudinē coꝝ in modo viuendi ⁊ conuerſandi. q̄ daʒ plus valent fabulariter ⁊ p̄uiliter dic ta dato ꝙ ſint falſa quibuſdā veris exer ta ratione demōſtratis. aliud impedimē tum prouenit ex parte nature indiuidui. vnde habentes fortē ymaginationē ſolū querere volunt fortē ſcientiā circa mathe maticalia. Alij vero habentes intellectuʒ multū cōphenſuʒ ad ſenſuʒ nihil credere volunt niſi ſenſibiliter ⁊ exemplariter eis oſtendatur. Alij vero volūt ſemꝑ aliquā auctoritatē adduci in teſtem quos com parat ariſtoti. illis qui rem magis emūt ex affectu vendentis ꝙ in valore rei. Iſti enim attendūt magis quis dicit ꝙ quid dicitur. iſtud etiā poteſt cōpetere talibus ꝓpter intellect⁹ debilitatē. propter quaʒ nō poſſunt percipere euidentiā demon ſtrationū ideo querunt oppinionē alicu ius autentici. vt ei credere poſſint. Alij vero habentes intellectū minime impedi tum ex pte corporis volūt habere in omī bus. atribologiā mathemā. i. certiſſimā declarationem. Alij ſunt q̄ veritates al tiſſimas propter debilitateʒ intellect⁹ cō prehendere nō poſſunt. aut etiaʒ propter micrologiā. i. minoꝝ rō ſignatione quia ſcʒ cōſueti ſunt minima cōſiderare. i. ad cōſideratiōʒ arduoꝝ eleuari nō poſſunt Et multa iſtoꝝ impedimētoꝝ reduci poſ ſunt originaliter. ad primuʒ impedimen tum. ſ. ad prauaʒ cōſuetudinē. nā eadem operatio praua cōſuetudo q̄ nature ma licia. Tertiuʒ impedimentū ⁊ hū mag num ex quo poſſunt oriri multa ꝑdicto rū eſt ignorātia loyce cui⁹ eſt docere mo dum ſciendi ⁊ cōſiderādi veritateʒ in oī materia. ac etiā modū docendi quemli bet diſcipulū. qui modus cōſiderādi di uerſus eſt ſm diuerſitatem materie. etiaʒ modus docendi ſm diuerſas aptitudi nes diſcipuloꝝ diuerſus eſſe debet.

**Tertio eſt ſciendū ꝙ contra** omia quatuor impedimēta phus ponit duo remedia. docendo modū cōſidera re veritatis in omni materia. Primuʒ eſt ꝙ oportet primo erudiri quomō ſin gula ſunt reperienda. qꝛ abſurdum eſt ſi mul querere ſcientiā ⁊ modū ſciendi. Sʒ pri⁹ oportʒ q̄rere modū ſciendi. ſ. loycaʒ ꝙ querē cognitionē veritatis in aliq̄ ma teria. Alio etiā genere argumentationis vbi materia eſt eadē docendo eſt ehetic et in genio eleuat⁹. Aliud documētum eſt ꝙ atribologia mathemā. nō eſt in oī bus expectāda. ſꝫ in rebus nō habentib⁹ materiam propter qȏ dicit phus ꝙ talis certitudo nō eſt modus naturalis hoc eſt dicere ꝙ res naturales non ſunt ſcibi les per declarationē certiſſimā ſꝫ per expe rientiā ⁊ ita per inductionē ⁊ exemplū eo ꝙ res naturales habēt materiā priuatio ni admixtā ⁊ cōſequēter mutacioni ſub iectaʒ. ⁊ ſi querať quare dicit philoſoph⁹ omnis natura forſaʒ materiaʒ habet ille poſuit forſan. Dicēduʒ ꝙ ſubſtātia ſpūa lis licet materiā nō habeat quā ſm eſſe ꝑ ficiat tanꝙ forma. tñ ſm phos ois intel ligentia materiā habet quā mouendo ꝑ ficit. Antiqui etiā phi intelligentijs mate riam poſuerūt quoꝝ opinione nōduʒ re probauit phus. Itē entia mathe. ⁊ ſi ſm eſſe materialia ſint tñ in ſui ratiōe ma teriam nō cōcipiūt. Iteʒ quāuis celū ha beat materiā qꝛ tñ nō eſt admixta rōi pri uatiōi ad formā nec ſubiacet mutationi ad formā ideo talis materia nō impedit q̄n de accidentibus ⁊ proprietatibus ce li poſſit haberi ſcientiā per ꝑfectā decla rationem. ⁊ ſic ꝓpter iſtas cauſas ponit ariſtotil. forſan in illa locutione.

**Tunc ſit hec concluſio. non**

oportꝫ in omni materia q̃rere certiſſimã
declarationem. patet q2 in oĩbus certitu
do querẽda eſt ſm exigentiaꝫ ⁊ propter
moduꝫ rei cognoſcibilis. q2 ſmones ſũt
recipiendi ſm materiaꝫ ſubiectaꝫ. primo
ethicoꝝ. ſ in aliquib⁹ res cognoſcibilis
ꝓpter ſui mutabilitatem nõ poteſt cog//
noſci p certiſſimã declarationẽ. ergo non
ſemper in oĩbus eſt ſquerenda certiſſima
demonſtratio. Ex predictis in hoc libro
patet ꝙ cognitio veritatis ꝑtim eſt homi
ni facilis ⁊ ꝑtim difficilis. patet etiã vnde
pricipaliter nob̃ ꝓueniat difficultas. Ul
tra patet qualiter vn⁹ homo iuuetur ab
alio in cognitione veritatis. patet ꝙ hec
ſcia maxime dicẽda eſt ſcia veritatis. pa
tet etiã ꝙ in cauſis nõ eſt proceſſus in in
finitũ neqꝫ indirectũ neqꝫ ſm ſpeciem. pa
tet etiã qualis debet eſſe modus cõſide//
rande veritatis.

**Tunc ad rationes ante op**
poſitum. Ad primã dicit̃ ꝙ licet ad cõ
pletã rationeꝫ ſcie ſit. ꝙ habeat̃ p demõ//
ſtrationẽ tñ qñã doqꝫ multa tradũtur in
aliqua ſciẽtia que ſolũ hũc cognoſci p ex//
perientiã. per inductionẽ. per exẽpluꝫ vel
per cõſuetudinẽ ideo nõ oportet in qua
libet ſcia quantũ ad omnia querere certã
demõſtrationeꝫ. Ad ſcdam dicitur ꝙ
cauſe naturales nõ ſemper ꝓducũt ſuos
effectos de neceſſitate ſ vt in plurib⁹. ideo
quãuis demõſtratio phiſica ꝓcedat per
oẽs cauſas. nõ propter hoc oportet ꝙ ſit
certior q̃ mathe. que procedit p vnã tã
tum. ⁊ hec de queſtione ⁊ per cõſequens
de toto. ſecundo libro methaphiſice.

Explicit ſecundus liber methaphiſice.

**Circa tertiũ librum**
metha. querit̃ primo. vtrũ
inquirenti ſcientiã v̾itatis.
Sit neceſſe primũ dubita
re. Arguit̃ ꝙ nõ q2 per
prima principia naturaliter hoĩ nota po//
teſt homo ſtatim cognoſcere pricipia ei⁹
propinqua. ⁊ per ea deuenire ad cõcluſio
nes ergo ſcia veritatis acq̃ri poteſt ſine
dubitatione. Scd̃o de mathe. acquiri
tur ſcientia certa circa q̃ tñ non cadũt du
bitationes igitur Tertio per dubitati
onem ligat̃ mens dubitantis. ergo dubi
tacio impedit proceſſuꝫ mẽtis ad verita
tis ſcientiã acquirendã. ergo nõ expedit
dubitari. Ad oppoſitũ eſt phũs in littera

**Pro reſponſione eſt primo**
ſciendũ. ꝙ poſtquã phũs oñdit moduꝫ
cõſiderãde veritatis in omni materia et
hoc in ſcd̃o libro. cõſequenter in hoc ter//
tio incipit procedere ad inquiſitionẽ veri
tatis entiũ circa que verſatur hec ſcientia.
Et primo diſputatione in hoc tertio oſtẽ
dens dubitabilia circa entiũ veritatẽ cir
ca quẽ antiqui philoſophi aliter dixerũt
quã rei veritas habeat. ⁊ cuꝫ iſtis aliqua
ꝑtractat que antiqui ſõino preter miſerũt
determinare. Cõſequenter in quarto li//
bro incipit determinare veritatẽ circa hu
iuſmodi dubitabilia. Nã in hoc tertio ſo
lummõ diſputatione ad vtramqꝫ partẽ
ea per tractat.

**Secũdo ſciẽdũ eſt ꝙ q̃ſtio**
pñs poteſt duo querere. Primũ vtrum
oꝑteat inquirẽteꝫ ſciam veritatis apud
ſe primo dubitare. aliud vtruꝫ oꝑteat ipꝫ
alioꝝ dubitatiões cognoſcere ⁊ cõſidera
re ⁊ cetera.

**Sit ergo prima cõcluſio. in**
quirenti ſciam veritatis neceſſe eſt apud
ſe primo dubitare. patet nã in tali acqui
ſitione ex aliquib⁹ ſibi notis ꝓcedit ad ig
nota ergo dubitat. q2 dubitãs dicit̃ qui
de re aliquid ſcit. ⁊ aliq̃d ignorat q̃ñ enĩ
nihil nouit de re nihil dubitat. qui etiam
omnia nouit nihil dubitat.

**Secunda cõcluſio. opportu**
num eſt inquirentẽ ſciam veritatis alio//
ruꝫ dubitatiões circa veritatẽ cõſiderare
patꝫ primo q2 poſterior veritatis inueſti
gatio nihil aliud eſt quã ſolutio prius du
bitatoꝝ. Scd̃o ſicut in ligamine corpo
rali nõ eſt ignotus ſoluere vinculũ. ſicut
neqꝫ ligatus pedes poteſt ad anteriora
ꝓcedere ita cõtingit in ligamine ſpiritua
li. ſ dubitatio eſt ſpũale ligamẽ mẽtis ꝙ
oportet ſolui anteq̃ mẽs recte progredi
poſſit ad veritatis ſciaꝫ. ſ ad hoc ꝙ mẽs

ſoluat ab illo vinculo. oportet ipſm pri-
mo cognoſcere. Tertio procedēs ad
ſcientiā veritatis ⁊ nō dubitās ſimilis eſt
procedenti ad aliquē terminū, qui termi
nū ⁊ viā ignorat quare in duplicē incidit
errorem. ſ. vie ⁊ termini ⁊ cū ad terminū
puenūt neſcit inueniſſe. ideo cōtingit ⁊ ip
ſum infinite progredi ergo ⁊c. Quar-
to nullus poteſt bene iudicare inter duo
niſi rationes vtriuſq; ptis audiat. ergo ne
q; mens poteſt bn̄ iudicare q̄ pars cōtra
diuiſiois ſit vera niſi videat rationes vtri
uſq; partis que eſt cōſuetudo ariſtotilis
in materia dubitabili pmittere dubitaci
ones alioꝝ ⁊ rationes propter quas du-
bitabāt anteq̄ veritatē determinēt. Sed
tn̄ aliter facit in hac ſcientia vli quā in ſciē
tijs pticularib⁹. nā in pticularib⁹ ſcietijs
ſigillatim dubitationes mouet ⁊ per trac
tat ſm q̄ materie dubitabiles ſuis ordi-
nibus occurrunt. ſ in hac pnti ſcia dubi
tationes ſimul colligit quaꝝ determina-
tio ad hāc ſciaʒ ptinet arguēdo ad vtram
q; partē cuiuſlibꝫ ⁊ poſtea in libris ſequē
tibus illas dubitatioēs terminat ⁊ hui⁹
diuerſitatis rationē aſſignāt. ſanct⁹ tho-
mas ⁊ albertus. qꝛ hec ſcia vlis eſt conſi
derans de vli veritate primorum ⁊ cau-
ſaꝝ vliū entiū. ⁊ ſimiliter paſſionū ⁊ p
prietatū oīm entiū. vbi plura cōtingunt
dubia q̄ circa veritatē alicui⁹ entis parti
cularis quā habet cōſiderare ſcientia par
ticularis. ideo ſicut hic agit̄ de vli verita
te oīm entiuꝫ cōueniens fuit, vt in vli ⁊ p̄
ter oīa dubitabilia premitterent̄. Aliam
cauſaꝫ dant aliqui qꝛ ſapiēs q̄ oīa nouit
⁊ cuius eſt alios docere non debꝫ celare
vel occultare ſuū intentū. ideo oīa q̄ poſ
ſunt eſſe dubitabilia circa veritatē tāgere
ẜ ⁊ apire. ⁊ ſi querat̄ que ſunt illa dubita
bilia que hic mouetur. reſpondet̄ q̄ ari-
ſtotiles pri⁹ mouet dubitationes concer
nentes modū cōſiderādi hui⁹ ſcie. ⁊ dein
de cōcernētes conſiderata in ea. Et circa
modū cōſiderādi. Primo ponit dubita
tiones circa cauſas ⁊ principia. ſcdo cir-
ca ſubiecta. ⁊ tertio circa pprietates ipoꝝ
Eſt igit̄ dubitatio prima. vtrū vni⁹ ſcien
tie vel pluriū ſit cōſiderare oēs cauſas ⁊

per eas demōſtrare. Scda vtrū hui⁹
ſcie ſit ſolū ſpeculari pricipia entiū aut eti
am cuꝫ hoc pricipia prima demōſtratio
nū. Tertia dubitatio cōcernit modū cōſi
derandi circa ſubiecta. ſ. vtrū vnius ſcien
tie ſit cōſiderare oēs cauſas vel ſint plres
de diuerſis. Quarta ſi ſint diuerſe ſciē
tie de diuerſis ſubiectis. vtrum oēs ille
ſint generis vt ſunt geometria ⁊ ariſme-
trica que ſunt in genere mathematici aut
diuerſoꝝ generū vt mathematica ſapien
tia ⁊ naturalis. Quīta vtrū ſint ſoluꝫ
ſubſtantie ſenſibiles vt antiqui naturales
poſuerūt aut preter eas ſint alie vt poſu-
it plō. Sexta ſi ſint aliq̄ ſubſtātie ſepa
rate. vtrū ſint vni⁹ generis tm̄ vel pluriū
ſicut plō poſuit duplicē abſtractionē ſcꝫ
vlis a pticulari ⁊ forme mathematice a
materia ⁊ ſm hoc duo genera ſeparatoꝝ
poſuit. ſ. genera ⁊ ſpecies ſenſibiliū ⁊ for-
mas mathematicas. Septima eſt q̄
cōcernit modū cōſiderandi pprietates
ſubiectoꝝ. vtrū vni⁹ ſcie ſit ſolū ſpecifica
ri ſubſtantias aut etiā eaꝝ accidētia p ſe.
Octaua vtrū hec ſcientia cōſideret ea que
vident̄ accidentia per ſe entis inquātum
ēns vt ſunt idem diuerſuꝫ ſimile contra-
rium pri⁹ ⁊ poſterius ⁊ ſimilia. Nona
vtrum hec ſcia circa vnūquodq; iſtoruꝫ
accidentiuꝫ trāſcendentiū ſoluꝫ cōſideret
q̄d ſit vel etiā cōſideret alia accidentia q̄
cuilibet iſtoꝝ per ſe accidere poſſunt. Et
iſte ſunt dubitationes occurrentes circa
modū cōſiderādi hui⁹ ſcie. conſequenter
ponit ariſtotiles dubitationes cōcernen-
tes cōſiderata in hac ſcia. ⁊ qꝛ hec ſcien-
tia verſat̄ circa pricipia ⁊ cauſas vles en
tium. ideo iſte dubitationes ſunt de pri-
mis cauſis entiuꝫ. ⁊ qꝛ plō ponebat du-
plicia pricipia entiū. ſ. vlia hoc eſt gene-
ra ⁊ ſpecies reꝝ ⁊ mathematica. ideo ariſ
totil'. primo mouet dubitationes de ip-
ſis vlibus ⁊ ſecundo de mathematicis.

**Eſt igit̄ prima queſtio. vtrū**
genera ⁊ ſpēs ſint principia ⁊ elemēta re
rum ⁊ ſingulariuꝫ ſenſibiliū aut illa in q̄
diuidit̄ exiſtentiū ſinglr̄. i. ſingulare ſen
ſibile. Reſpōſio queſtionis eſt qꝛ elemen
tuꝫ dicit̄ ex quo res primo cōponit̄ ⁊ in

qđ vltimū reſoluit. Sȝ duplex eſt mod⁹
compōis ⁊ reſolutiōis rerū. ſ. ſm rationē
vt ſpecies ex genere ⁊ dr̃a cōponit ⁊ in-
eadē reſoluit. Alius eſt ſm rē vt mixtuȝ
ex quattuor elemētis cōponitur. Querit
ergo queſtio vtrū vlia ſint elemēta reruȝ
ſicut poſuit plō vel illa in q̄ reſoluitur ſin
gulare vt poſuerūt naturales. Secun
da q̄ſtio ſi vlia ſint p̄ncipia ⁊ elemēta re
rum. vtrū vlia ſint magis p̄ncipia ꝙ mi
nus vlia aut equaliter oīa. Tertia vtrū
p̄ter materiā ponenda ſit alia cauſa rerū:
vt poſuerūt plō ⁊ ariſtotil'. aut nō vt po-
ſuerūt antiqui materiaȝ eſſe totā rerū ſub-
ſtantiaȝ. Quarta ſuppoſito ꝙ preter ma-
teriam ſit alia cauſa rerū vt forma. vtrum
illa ſit a materia ſeꝑabilis vt poſuit plō
vel non vt poſuit ariſtotil'. ⁊ pictagoras.
Quinta ſi illud qđ eſt forma ſit ſeꝑabi-
le a materia. vtrū ſit vnū tm̄ vt poſuit a-
naxagoras intellectū ſeparatū vt impari
do ſeparet quodlibet a quolibet aut ſint
plīa numero vt plō ponebat pluralitatē
ydearū. ⁊ p̄ter eas poſuit formas mathe
maticas ſeꝑatas. Sexta vtrū ſit aliq̄d p̄
ter ſinolo. i. p̄ter ſimul totū qđ eſt ſingu
lare aut nō. Scđo querendū eſt qꝛ plō
poſuit hoīem qui de ſingularib⁹ predica
tur eſſe preter ſingularia ⁊ ſic de alijs vli-
bus. cōſequēter mouit ariſtotil'. alias du
bitatiōnes circa modū exiſtendi rerum:
Prima eſt vtrū p̄ncipia entiū ſint de-
terminata ſm numerū. aut ſm ſpeciem:
Scđa dubitatio eſt vtrū corruptibili
um incorruptibiliū eadem ſint principia
aut diuerſa. ⁊ ſi diuerſa. vtrū oīa p̄ncipia
ſint corruptibilia vel incorruptibilia vel
p̄ncipia corruptibiliū corruptibilia ⁊ in-
corruptibiliuȝ incorruptibilia. Tertia
vtrum ens ⁊ vnū ſint oīm entiuȝ tota ſub
ſtantia vel in reb⁹ ponat aliq̄d ſubiectuȝ
entitati ⁊ vnitati. Quarta vtrū princi-
pia rerū ſint vlia aut ſingularia. Quinta
vtrum p̄ncipia rerū ſint entia in actu vl' in
potētia. Vltimo ponit queſtiones cir
ca mathematica. Prima eſt vtrū nume-
ri longitudines figure ⁊ pūncta ſint quē
dam ſubſtātie ⁊ p̄ncipia rerū vt pictagori-
ci poſuerūt vel non. vt dixerunt natura

les. Scđa queſtio eſt. ſi ſint ſubſtantie
⁊ principia rerū. vtrū ſint a ſenſibilib⁹ ſeꝑa
rate vt plato poſuit vel non vt poſuerunt
naturales. iſtas aūt queſtiones enume-
ratas diſputatione ꝓſequit in hoc tertio
ariſtotil'. ponēdo rōes cuiuſlibet ad vtrā
ꝙ partem. Deinde in ſequētibus libris
ſm exigentiā materiarū q̄ ibi tractant ip-
ſas ſoluit. Et cauſaȝ qualiter eas primo
diſputatione proſequit antequā veritatē
determinet aſſignet rōem ariſtotil'. qꝛ de
oībus hijs nō ſolū eſt difficile veritatem
ipam inquirē. ſꝫ nec dubitare rationeȝ be
ne facile eſt.

Tunc ad rationes. due pri-
me probāt ꝙ nō eſt neceſſe ſimpliciter in
quirenti veritatem dubitationes aliorū
inquirere ſiue cognoſcere quāuis ſit op-
portunū. Ad tertiam dicit ꝙ licet du
bitans ſit ligatus tm̄ qꝛ dubitat cuȝ iā eſt
in via ad ſolutionē ſui vinculi qꝛ cognoſ
cit aliquid de re ⁊ aliq̄d ignorat. ſꝫ ſimp̄l'
citer ignorās magis ligatus eſt ⁊ diſtās
a cognitione veritatis quam dubitans:
ſequitur textus. Primum ergo de.

Queritur ſecundo. vtrū vni
us ſcientie aut diuerſarū ſit omīa genera
cauſarū ſpeculari. Arguit ꝙ diuerſarū ra-
tionib⁹ text⁹. qꝛ quecūꝙ diuerſa ad vnaȝ
ſciām pertinent ſi nō ſint vnius ratiōis:
oportet illa eſſe cōtraria qm̄ vnū cōtrari
um bene eſt principiū cognoſcendi reli-
quī. Sȝ quattuor genera cauſarū nec ſūt
vnius rōis. nec cōtraria igit. Secun-
do quandocūꝙ aliqua diuerſa in vna
ſcientia cōſiderant q̄cunꝙ vna ſcientia
vnū illorū cōſiderat habet oīa cōſiderare
ſꝫ mathematica ſpeculat formā ⁊ non ali
as cauſas. ergo ſpeculatio oīm. cauſaruȝ
ſcientie vni cōpetere nō poteſt. Tertio
ſi ſic vel talis ſcīa eſſet naturalis ſꝫ hoc nō
qꝛ de p̄ncipio ſm ſpēm. i. de forma non
habet intendere phiſic⁹ vt dicit in fine pri
mi phiſicorū. aut mathema. vel diuina ſꝫ
hoc nō qꝛ vtraꝙ abſtrahit a motu. cui⁹
materia eſt ſubiectū ⁊ efficiens eſt p̄ncipi
um ⁊ finis termin⁹. ergo videt ꝙ ſolam
formā cōſiderent. Ad oppoſitū. qꝛ cui⁹

eſt perfecte ſcire aliquid eius eſt oẽs cau//
ſas per ſe cognoſcere. ſ multa ſunt entia
que habent quattuor cauſas per ſe. ergo
eoꝝ nõ poteſt haberi pfecta ſcia ſine cog
nitione quattuor cauſaꝝ.

**Pro reſpõſione ad queſituȝ**
ponit̃ hec cõcluſio. ad eandẽ ſcientiaȝ be
ne ſpectat oĩa genera cauſaꝝ ſpeculari nõ
tñ ad quãlibet ſcientiaȝ. Patet primũ
de phiſica qꝛ ſubiectuȝ eius formaliter ac
ceptum ex quattuor cauſis dependȝ. er//
go oẽs cauſas vt cauſantes ſunt per mo
tum habet cõſiderare. patet etiã de me//
thaphiſica. Nã methaphiſicus de oĩ ente
ſm ꝙ ens cõſiderat. ſ ens inquantũ ens
eſt forma vel habens formã. ergo metha
phiſic⁹ habet formã cõſiderare. ⁊ cum in
habente formã materia ſit propter formã
⁊ forma ppter finem ⁊ efficiens ſit cauſa
eſſendi forme. ſequit̃ ꝙ habens formam
ſub ratione entis cõſideratũ dependet a//
quattuor cauſis. ergo metha. oẽs cauſas
vt ſunt cauſe eſſendi cõſiderat. Itẽ ea//
dem eſt ratio boni ⁊ finis. ſ methaphiſici
eſt cõſiderare primũ bonũ. ergo eius eſt
cõſiderare vltimum fineȝ. ſ oẽs cauſe ha
bent attributionẽ ad finem. ergo metha
phiſic⁹ habet oẽs cauſas cognoſcere.
Item cauſe prius ſunt pncipiuȝ eſſendi
quã mouendi. ergo methaphiſic⁹ conſi//
derans ens inquantũ ens cõſiderat oẽs
cauſas ⁊ adhuc magis ꝙ phiſicus q̃ tñ
eas cõſiderat ſub ratione nature ⁊ prin//
cipij mouendi. Scđa pars cõcluſiõis
patet qꝛ aliqua ſcia de aliquo ente ꝑticu
lari ſub aliqua ratione ſpãli accepto ſm
quã nõ dependȝ aq̃libȝ cauſa cõſiderat
quẽadmoduȝ mathema cõſiderat quã
titatem ſm ꝙ eſt ſimplex forma abſtra//
hendo eaȝ a motu ⁊ materia ſenſibili. er//
go talis ſcientia nõ habet oẽs cauſas cõ
ſiderare. ſed illã ſolum a qua dependet ra
tio formalis ſui ſubiecti.

**Sed dubiatur. ſi diuerſe ſciẽ**
tie diuerſas cauſas cõſiderent que illaruȝ
magis habȝ nomẽ ſapientie. Et argu
it primo textus. ꝙ cõſiderãs finẽ qꝛ finis
eſt principalior qꝛ oẽs alie ſunt propter fi
nem ⁊ nõ ecõtra. ergo ⁊c. Scđo argu
it de forma. qꝛ ſapientia dr̃ certiſſima ſcië
tia. ſ certius eſt cognoſcere de aliquo q̃d
eſt. quã cognoſcere quantuȝ vel quale eſt
vel quomõ agere poteſt. ſ forma eſt ra//
tio eius qđ quid erat eſſe. ergo ſcia habi
ta per formã eſt certiſſima. ergo eſt nomi
ne ſapientie digna. Tertio arguit de ef
ficiente qꝛ illum cõ[ſ]uevim⁹ dicere ſapien
tem qui vniuſcuiuſq; mot⁹ generationis
aut motus ſcit aſſignare principiũ. vñ
motus q̃d eſt alterũ ⁊ oppoſitũ fini vt di
cit textus. ergo ſcia habita de re per effici
entem debet dici ſapiẽtia. De materia nõ
arguit phus qꝛ ſm ſe nõ eſt cognoſcibi//
lis neq; principiũ cognoſcendi. hanc q̃ſti
onem nõ terminat text⁹. ſ ex hijs rationi
bus cõcludit ꝙ cognitio cuiuſlibet cau//
ſe per ſe requirit̃ ad pfectaȝ cognitionem
effectus habentis oẽs cauſas per ſe. Ex//
quo cõcludit̃ ꝙ methaphiſic⁹ qui dicit̃
ſapiens ⁊ cognitionem habet perfectiſſi//
maȝ. habet oẽs cauſas cõſiderare. Dicit̃
tñ ad dubium ꝙ licet ſm quadruplicem
cõſiderationẽ cauſaꝝ quelibet poſſit dici
prima tñ ſimpliciter loquendo finis eſt
prima cauſaꝝ. ⁊ ſi pfecte cognoſcatur fi//
nis alicuius reꝝ neceſſe eſt oẽs alias cau
ſas cognoſcere. Aliud dubiũ vtrũ in im
mobilibus vt in mathematicis ſit finis
ſeu bonũ. videt̃ ꝙ ſic qꝛ ens ⁊ bonũ con
uertuntur ſ immobilia ſunt entia igitur.
Item oĩs ſcientia eſt de bono ⁊ de diffi//
cili ſcđo ethicoꝝ igit̃ ⁊c. Item in quanti
tate eſt per ſe mot⁹. ergo mathematicus
cõſiderans quantitatem. conſiderat fineȝ
motus ⁊ cetera.

**Pro dubio ſciendum eſt. ꝙ**
triplicia ſunt entia immobilia. quedam
ſunt q̃licet nõ moueant̃. tñ mouent vt in
telligentia mouens celũ ⁊ aĩa que mouȝ
corpus. ⁊ in iſtis eſt motus effectiue. ideo
ſcia cõſiderans iſta vt mouentia habȝ cõ
ſiderare finem vt eſt termin⁹ mot⁹. Alia
ſunt immobilia que nec mouent̃ nec ꝓ//
prie mouẽt ipis tñ cõpetit operari ſm in
tellectuȝ ⁊ volũtatem vt ſunt intelligentie
nõ mouentes orbes ⁊ ſcia iſta cõſiderãs
nõ habet cõſiderare efficiens vel finẽ ſub
ratione principij vel finis mot⁹. bene tñ

cōſiderat effitiens ⁊ finē ſub ratione prin cipij ⁊ termini operationis. tñ ſine motu qꝛ nō eſt de ratione operationis eſſe cū motu ſꝫ ſolū de ratione operationis imp fecte. nā hec entia inquantū habent intel lectū ⁊ voluntatē que ſunt in eis princi pia operationis ſine motu oportet ꝙ in eis ponat̄ finis. ⁊ bonū qđ eſt obiectum voluntatis. Alia ſunt immobilia q̄ nec mouent̄ nec mouent nec habent intellec tum ⁊ voluntatē. ideo eis nō competit aliqua operatio nec cū motu nec ſine mo tu. ideo i eis nō cōſiderat̄ bonū ſub ratio ne boni nec finis ſub rōe finis. cōſiderat̄ tñ in eis aliquid qđ eſt bonū. ſ. eſſe. ⁊ qđ quid eſt. licet nō ſub ratione boni vel finiſ ⁊ hoc nō eſt de mathematicis. ¶ Ideo reſpondet̄ ad dubiū ꝙ in mathematicis non eſt bonū neqꝫ finis quantū ad conſi deratione mathematici. patet qꝛ mathe maticus abſtrahit a motu cui⁹ materia eſt ſubiectū. ⁊ effitiens pricipium ⁊ finis termin⁹. ergo mathematicus nō habet cōſiderare efficientē materiā ⁊ finem. Et due prime rationes dubij ſolū probant ꝙ entia mathematica ſunt bona. ſꝫ nō ꝓ bant ꝙ in ea cōſiderent̄ ſub rōe boni vel finis. Tertia arguit de quātitate phiſice conſiderata.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā dicit̄ ꝙ oēs cauſe poſſunt ad hanc ſcientiā pertinere licꝫ nō ſint contra rie. qꝛ reducunt̄ ad aliquid vnū. ſ. ad ēs cōe ſic de phiſica ad ens mobile. Ad ſcdam nature maior qꝛ oēs cauſe in vna ſciētia cōſiderant̄ hoc eſt ꝑ attributionē ad vnū ſubiectū. ⁊ in alia ſcientia tantū vnū poteſt cōſiderari per attributionem ad ſubiectū eius. ideo non oportet ꝙ in alia cōſiderent̄ oēs. Ad tertiā dicit̄ ꝙ in primo phiſicoꝝ ariſtotil. loquit̄ cōtra plonem qui ponebat formas ſepatas a materia quas ſm ꝙ huiuſmodi non ha beret phiſicus cōſiderare. Scdo dicit̄ de methaphiſica ꝙ nō ſic abſtrahit a mate ria qđ ſolū cōſideret ea que nō ſunt. nec poſſunt eſſe in materia. ſꝫ qꝛ cōſiderat ea de quoꝝ rōe nō eſt motus neqꝫ materia. Sequitur textus. At vero ⁊ de principijs.

## Queritur tertio. vtrum vni⁹

ſcientie vel diuerſaꝝ ſit cōſiderare princi pia demōſtrationū prima ſimplr̄. ⁊ ſi vni us vtrū eiuſdē ſit cōſiderare ſubſtātiam. Arguitur quo ad primā partē queſiti ꝙ nō ſit vni⁹. qꝛ oēs ſcientie vtunt̄ illis prin cipijs primis. ergo qua rōe vna conſide rabit ipa eadē ratione cōſiderabit ⁊ alte ra. Scdo ſi aliqua ſcientia cōſideraret ip ſa vel cōſideret diffinitiōe vel demōſtra tione. nō primū qꝛ complexa ſunt. nec ſe cūdū qꝛ ad demonſtrationē tria requi runt̄. ſ. paſſio ſubiectū. ⁊ dignitas. mo do primis principijs nō ſunt alia priora ꝑ que poſſint demōſtrari. Tertio argu it quo ad ſcdam partē queſiti qꝛ ſubſtan tia ⁊ huiuſmodi dignitates nō videntur in aliquo cōuenire. ergo neqꝫ cadere ſub vna ſcientia. Oppoſitū arguit̄ quo ad primā partē qꝛ ſi in diuerſis ſcientijs con ſiderarent̄ ſequeret̄ ꝙ idem eſſet in diuer ſis ſcientijs demōſtratū ⁊ ſic eſſet ſuper fluitas. Et quo ad ſcdā ptem qꝛ huiuſ modi dignitates ſunt maxie vles ⁊ pri mi ſimiliter ſubſtātia eſt primū. ⁊ princi pale ens. ergo ſi diuerſaꝝ ſciētiaꝝ eſſꝫ ſpe culari huiuſmodi dignitates ⁊ ſubſtātiā ſequeret̄. ꝙ eſſent due prime philoſophie.

## Pro reſponſione ad queſi-

tum ſciendū eſt ꝙ ſm duplicē operatio nem intellectus. duplicia ſunt pricipia d mōſtratiōis. quedā incōplexa vt ens qđ claudit̄ in intellectu cuiuſlibet ſimplicis intelligibilis. ⁊ alij trāſcendentes termini Alia ſunt principia cōplexa q̄ ex cōplexi one huiuſmodi terminoꝝ trāſcendentiū cōponunt̄ ⁊ hec vocant̄ prime dignita tes vel cōes animi cōceptiōes de quib⁹ eſt ad propoſitū. Alia ſunt principia cō plexa que ex terminis ſpālibus cōſtituū tur ⁊ dn̄r poſitiones qꝛ in demōſtratiōi bus factis in ſpecialib⁹ ſcientijs tanqꝫ ꝓ miſſe ſpecialiter ponuntur.

## Tunc ſit prima concluſio. ali

cuius ſcie eſt prima pricipia demōſtra tionis cōſiderare. patet. qꝛ circa tales cō tingit errare ⁊ recte ſe habere. ergo alicui⁹ ſcientie eſt huiuſmodi pricipia cōſiderare

Item per illa principia cetera capiunt eui/
dentiam. ergo nõ debent eſſe ignota qua
re alicuius ſcientie eſt ipa conſiderare.

**Secunda concluſio** nullius
particularis ſcientie eſt huiuſmodi prin/
cipia conſiderare neqꝫ negantibus ea cõ/
tradicere quia conſtituuntur ex terminis
tranſcendentibus ſubiectum ſcientie par
ticularis cuiuſlibet igitur.

**Tertia concluſio** vnius ſciẽ
tie ſcilicet vniuerſaliſſime ꝛ nõ diuerſarũ
eſt illa principia conſiderare patet ſatis ex
concluſionibus precedentibus ꝛ per ra/
tionem poſt oppoſitũ. Ex quo inferri po/
teſt ꝙ illa principia ſunt de cõſideratione
huius ſcientie quia eſt maxime vniuerſa
lis ꝛ de tranſcendẽtibus vt ſonat nomẽ
eius. Ultima cõcluſio eiuſdem ſcientie ẽ
conſiderare ſubſtantiam ꝛ prima princi/
pia demonſtrationuꝫ patet quia cuꝫ ſub
ſtantia ſit primuꝫ ꝛ principale ens ſequiẛ
ꝙ vliſſime ſcientie ꝛ prime eſt ſubſtantiã
cõſiderare. ꝛ cuꝫ vliſſima ſcientia cõſide
raret prima principia vt dictuꝫ eſt cõcluſi
o ſequitur vera. Et iſtas queſtiones reſo
lutiõe ſoluit ariſtotiẛ. quarto huius.

**Sed dubitatur** vtrum eiuſ/
dem ſcientie ſit conſiderare omnes ſub/
ſtãtias quod ſic arguit philoſophus q̃a
omẽs ſuſtantie cõueniunt in cõmuni ra
tione ſubſtãtie. ergo cuiꝰ ẽ cõſiderare ſub
ſtãtiã in cõi cuiꝰ ẽ cõſiderare oẽs ſubſtã/
tias. Itẽ nõ videẛ ratio ꝙ metha. ſeu pri
ma phia plus cõſideret vnã ſubſtãtiã ꝙ̃
aliam igitur. Contrariũ arguit quia ei
uſdem ſcientie eſt conſiderare ſubiectum
ꝛ per ſe accidentia eius. ergo ſi vna ſcien/
tia conſideret omnes ſubſtantias etiã cõ
ſiderabit omnia per ſe accidentia iſtaruꝫ
et ſic nõ erit niſi vna ſcientia. reſpondetur
ꝙ vnius ſcientie ſcilicet illius que conſide
rat ſubſtantiaꝫ in cõmuni ꝛ cõmunes ꝓ
prietates eius eſt cõſiderare omnes ſub
ſtantias inquantũ conueniũt in cõmuni
ratione ſubſtantie ꝛ per ſe accidentia om
niuꝫ ſubſtantiaꝝ que cõueniunt ipis in/
quãtum ſubſtantie ſunt vt bene probaue
runt prime rationes dubij. Sed diuerſa
rum ſcientiaꝝ eſt diuerſas ſubſtantias cõ
ſiderare ſub ꝓprijs rationibus ipaꝝ. ꝛ ac
cidentia propria cuiuſlibet. verumptamẽ
cõſideratio ſubſtantiaꝝ ſeparataꝝ q̃ im/
mobiles ſunt etiaꝫ ſub proprijs rationi/
bus eaꝝ ad hanc ſcientiã pertinent ꝛ non
ad phiſicaꝫ niſi pro quãto accipiuntur vt
cauſe effectiue motus neqꝫ ad mathema
ticam quia nõ ſunt quãte. In ipis etiam
nõ reperitur numerus qui eſt de genere
quantitatis. vnde ſi nõ eſſent alie ſubſtã/
tie quam mobiles ꝛ ſenſibiles naturalis
philoſophia eſſet prima ſcientia nec opor
teret ponere aliam priorem ipa.

**Aliud dubium** vtrũ eiuſdẽ
ſcientie ſit cõſiderare ſubſtãtias ꝛ accidẽ/
tia ꝙ nõ arguit textus. quia ſubſtantie ꝛ
accidentis nõ eſt ideꝫ modus ſciendi q̃a
accident ũ eſt demonſtratiua ſcientia ſub/
ſtantie vero nõ. ſꝫ diffinitio. ergo non ca/
dũt ſub vna ſcientia. Contrariũ argu/
it quia accidens ſcitur per hoc ꝙ de ſub/
iecto demonſtratur ergo impoſſibile ẽ
accidens in aliqua ſcientia ſpeculari quĩ
in eadeꝫ ſpeculaẛ ſubiectuꝫ eiꝰ. Hanc que
ſtionem ſoluit philoſophus in quarto diñs
ꝙ ad eandem ſcientiaꝫ pertinet conſide/
rare ens inquantuꝫ ens. ꝛ accidentia en
tis inquantũ ens. Et ſimiliter de ſubſtan
tia in cõmuni ꝛ accidentibus eiꝰ inquã/
tum huiuſmodi ꝛ ſcientie ad quã perti/
net conſiderare aliquaꝫ ſubſtantiã deter
minatam ſub determinata ratione eſt cõ
ſiderare proprietates que tali ſubſtantie
inſunt inquãtũ huiuſmodi nõ eſt tñ idẽ
modꝰ ſciẽdi ſubſtãtie ꝛ accidẽtis qꝛ ſub/
ſtãtia diffiniẛ ꝛ nõ demõſtraẛ. ſꝫ de ipa a/
liquid demõſtraẛ. accidens vero de ſub
ſtantia demonſtratur ꝛ nõ diffinitur niſi
per additamentum.

**Ad ante oppoſitum rationes**
Ad primã dicitur ꝙ licet ſcientie particu
lares vtantur primis principijs tamꝙ̃ q̃
buſdam ſuppoſibus nõ tñ ſequitur ꝙ de
ipis determinent ſicut nõ determinant d
ente in cõmuni. ſꝫ de aliquo determinato
genere entis. Ad ſcdam dẛ ꝙ nec diſ/
finitione nec demõſtratione tractatur de
illis pricipijs apriori. ſꝫ. ſoluꝫ a poſteriori
ꝛ elenthice vt patebit in quarto huius.

In hoc etiam ponūtur ſignificationes
terminoꝝ cōmuniū q̄ pertinent ad hanc
ſcientiā quibus ſignificationib⁹ cognitis
faciliter cognoſcūtur dignitates conſtitu
te ex illis terminis quia principia cognoſ
cim⁹ inquantū terminos cognoſcimus
etiam per illas ſignificatiōes terminorū
apitur via faciliter ſoluendi dubitatiōes
motas ⁊ diſputatas in hoc tertio. Ad
tertiā dicitur ꝙ quia principia prima. cō
pleta reducuntur ad incōpleta exquibuſ
cōſtituunt̄. ⁊ per que habent intelligi. q̄a
cōpoſitto cognoſcitur per extrema. ideo
huiuſmodi principia ratione ſuoꝝ termi
noꝝ ⁊ ſubſtantia cōuenientiā habēt in en
te in cōmuni accepto. ſequit̄ textus. Am
plius autem vtrum.

**Queritur quarto· vtrum pre**
ter ſubſtātias ſenſibiles ⁊ ſingulares ſint
ponende alie ſubſtantie ab eis ſeparate
ſm eſſe vniuerſales ⁊ predicabiles de ſin
gularibus vt platonici poſuerunt. Ar
guitur ꝙ ſic intellect⁹ noſter intelligit vni
uerſale preter ſingularia. ergo vniuerſale
eſt preter ſingularia. alias intellectus eſ/
ſet falſus. Secundo omne quod eſt ta
le per participationē reducitur ad aliq̄d
quod eſt tale per eſſentiam. ergo preter ꝑ
ticulares homines qui ſunt homines ꝑ
participationem neceſſe eſt ponere per eſ
ſentiam ⁊ per ſe hominē. vt plato poſuit
Tertio generationes ſingularium ſunt
perpetue ⁊ cōtinue. ergo preter ipa ſingu
laria que ſunt corruptibilia ⁊ mutabilia
oportet ponere aliquod perpetuū ⁊ vni
formiter ſe habens. ad oppoſitū eſt ariſ/
totiles in textu.

**Pro reſponſione ſciendum**
eſt primo. ꝙ ſm duplicem abſtractionē
noſtri intellectus ſcilicet vniuerſalis a ſin
gulari. vt hominis ab hoc homine. ⁊ for
me matemathice a materia ſenſibili. vt
circuli ab ere. poſuit plato triplex genus
entium ſm eſſe ſeparatoꝝ a ſenſibilibus
ſingularibus. propter primā abſtractio
nem poſuit genera ⁊ ſpecies per ſe exiſte
re extra ſingularia que appellantur ydee
propter ſecundā poſuit entia mathema
tica de quibus ſunt ſcientie mathemati/
ce ſm eſſe ſeparata a ſenſibilibus ſingula
ribus ⁊ eſſe media inter ydeas ꝑdictas
⁊ ſingularia.

**Secundo ſciendū eſt ꝙ an**
tiqui naturales ſolas ſubſtantias ſenſibi
les poſuerunt. ⁊ aliqui eoꝝ dixerunt eas
eſſe in cōtinuo motu ⁊ cōſequenter nihil
poſſe ſciri certitudinaliter de rebus.
Sed cōtra hoc plato volens ſaluare cer
titudinē ſcientie preter ſubſtantias ſenſi
biles que ſunt generabiles ⁊ corruptibi/
lis poſuit ydeas ſeparatas ab ipſis que
ſunt genera ⁊ species eoꝝ de quib⁹ eſt ſci
entia ⁊ cum hoc poſuit eas ad ſaluandū
perpetuitatē ⁊ cōtinuitatem generatiōis
ſubſtantiaꝝ ſenſibilium.

**Contra quā ſit prima cōclu·**
ſio. nō ſunt ponende species ſenſibiliū in
ſingulariū ab eis ſeparate ſm eſſe ſubſiſ
tentes extra omnē intellectum. probatur
quod eſt ſeparatū ab aliquo ſm eſſe nō
eſt eius eſſe cū forma ſit principiū intrin
ſecū rei. ergo ſpecies ſic ſeparate nō poſ
ſunt dici forme ſeu quidditates ipoꝝ ſin
gularium ſicut poſuit plato. Secūdo
nihil predicatur predicatiōne eſſentiali di
cente hoc eſt hoc niſi ſit in illo. ergo hu/
iuſmodi ydee dici nō poſſunt vniuerſa/
les ⁊ predicabiles de ſingularibus vt po
ſuit plato. Tertio corruptibile ⁊ incor
ruptibile plus quā genere differūt. ergo iſte
ydee que ſecundū ſe ſunt incorruptibileſ
vt dicebat plato ⁊ ſingularia que ſecun/
dum ſuā naturā ſunt corruptibilia vt eti
am dicebat ipſe plato nō poſſunt dici eiuſ
dē ſpeciei. cuius oppoſitum dicebat.
Deinde probatur ꝙ nō ſint ponende ad
ſaluandum generationem quia genera/
tio nō eſt ſine corruptione ⁊ cum corrup
tio ⁊ generatio contrariant̄ ⁊ contrarioꝝ
ſint contrarie cauſe. cum ille ydee vnifor
miter ſemper ſe habeāt nō ſufficiunt ſem
per ad generatiōnem ⁊ corruptionem.

Item ſi eſſet principium effectiuum ⁊ totale generatiōis cū vniformiter ſemper ſe habeant ſequeretur ꝙ ſemper ⁊ cōtinue generationes fierent ⁊ ſic cōtinue generarentur. ⁊ ſic ſemper ⁊ cōtinue gene//raretur homo. vt amplius deducit phi//loſophus ſecūdo de generatione. Item huiuſmodi ydee cū ſint ſeparate ⁊ inſen//ſibiles nobis eſſent ignote. ergo plato ſic ponēs eas nō ſaluat ſcientiaꝫ ymmo deſtruit. et cū non ponerentur niſi ad ſaluāduꝫ hec duo ſcilicet ſcientiā ⁊ generationē ſequitur ꝙ non ſunt ponende.

**Secunda concluſio· nō ſunt** ponenda mathematica ſ'm eſſe a ſenſibi//libus ſeparata. patet quia ſicut eſt quedā mathematica circa lineas ⁊ magnitudi//nes. ſic ſunt quedā alie ſcientie circa alia ſubiecta vt aſtrologia circa celū. ⁊ ꝑſpectiua circa lineam viſualeꝫ. ⁊ muſica cir//ca numeros ſonoroſos. ergo. ſi ſint linee quedā preter lineas de quib⁹ eſt geometria. ⁊ ſimiliter quidā numeri ꝑter numeros de quibus tractat ariſmetrica pari ratione etiā celū preter hoc celum ſenſibile. ſ; hoc ponere eſt abſurduꝫ. quia ſi eſſet celum preter hoc celum ſenſibile vel eſſet mobile vel nō. non primū quia impoſſibile eſt aliquid a materia ſeparatum eſſe mobile nec ſecundū quia omne celuꝫ naturaliter eſt mobile. Similiter repugnat dicere ꝙ ſit linea viſualis vel numerus ſonoroſus preter lineā viſualeꝫ vel numerū ſonoroſum ſenſibilem ergo ⁊ cetera.

**Tertia concluſio in mente ꝑmi opoficis** ſunt ponende ydee reruꝫ. patet nam ſicut agens naturale agit ꝑ for//mam naturalē que eſt ſibi principiū quo agendi per quāꝫ actionē intendit aſſimilante ſibi effectum ita propriuꝫ eſt agenti per intellectum agere ad extra ꝑ formaꝫ intelligibilem que eſt ſibi ratio intelligē//di rem producibileꝫ ⁊ exemplar operis. Ad cuius ſimilitudineꝫ intendit produ//cere effectum. ſed hec forma intelligibilis ſecundū ꝙ eſt ratio ⁊ exemplar conuenienter ydeo dicitur ergo ⁊ cetera.

**Quarta concluſio· preter ſub**ſtantias ſenſibiles ponende ſunt ſubſtantie immateriales in ſenſibiles per ſe ſubſiſtentes ſed alterius ſpeciei ab iſtis ſenſibilibus ⁊ nō predicabiles de ipſis. hec concluſio probatur in octauo phiſicoruꝫ ⁊ in duodecīo huius ⁊ pronūc ſic. arguitur Omne imperfectuꝫ in potētia exiſtēs eſt neceſſario reducibile ad aliquid perfectū per ſe exiſtens. Sed omis ſubſtantia materialis potentialis eſt ⁊ imperfecta. ergo in vniūerſalitate rerum ſunt ponende alique ſubſtantie immateriales ⁊ in ſenſibi//les. ⁊ ſic patet reſponſio ad queſitum.

**Ad rationes· ad primam di**citur ꝙ intellectus bene intelligit vniuerſale preter ſingularia. ſed nō intelligit vniuerſale eſſe preter ſingularia. poteſt enim intellectus noſter ſimplici intellectione ſeparatim intelligere que ſecundū eſſe ſunt cōiuncta. ex ignorantia huius plato videtur fuiſſe deceptus. Ad ſecundā cōce//ditur ꝙ omne ens per participationeꝫ reducit' ad aliquid quod eſt per eſſentiam vt ad principiuꝫ effectiuum finale ⁊ exē//plare. Et ad primū quod eſt ens per eſſentiam. ſ; non oportet ꝙ omne quod eſt tale vel tale formaliter per participationeꝫ alicuius forme. reducatur in formam talem per eſſentiam ab eo ſeparataꝫ ſecun//dum eſſe. ymmo repugnat ꝙ aliquid ſit tale formaliter ⁊ forma per quā eſt ſit forma per eſſentiaꝫ. ⁊ per ſe exiſtens extra ip//ſum. Ad tertiam dicitur ꝙ motus ſolis ſub obliquo circulo qꝛ eſt cōtinuus ē cauſa cōtinuitatis ⁊ indifficiētie generationis reruꝫ. Sed quia diuerſitatem habet in ſuis partibus per acceſſum ⁊ receſſuꝫ a nobis ē cauſa ꝙ generatiōi ſuccedat corruptio. ſequit' textus. Et de principijs

**Queritur quinto· vtrum ge**nera ſint principia ⁊ elementa reruꝫ aut ea ex quibus in exiſtentibus ⁊ primis cōponitur vnum quodq;.

Arguitur primo rationib⁹ textus ꝙ ea ex quibus res componūtur. quia principium eſt ab eo cuius eſt principium. ſ; genus nō eſt aliud ab eo cuius eſt gen⁹ ergo ⁊c. Secundo ſic principiū vocis litterate non eſt vox in cōmuni. ſ; magis littere ⁊ ſillibe ex quib⁹ componūt ⁊ in figuris anguli ⁊ linee dicunt principia et non figure in cōmuni. ergo ea ex quibus res componūt ſunt principia ⁊ nō ipſa genera. Tertio arguit auctoritate empedoclis. qui ponit elementa exquibus res componūtur ⁊ nō genera eſſe principia igitur Quarto principia artificialium ſunt materia ⁊ forma ⁊ nō genera ipſoꝝ ⁊ ita de alijs igitur. Oppoſitū arguit textus. Primo ſic eadē ſunt pricipia eſſendi ⁊ cognoſcēdi. ſ; genera ſunt pricipia cognoſcēdi res cū ponant indiffinitione rerū igitur. Secūdo per hoc accipimus ſcientiam de qualibet re per hoc ꝙ ſcimus ſpeciē eius ſecundū quam res eſt ſicut cognoſcimus ſortem per hoc ꝙ cognoſcim⁹ ꝙ eſt homo. Et ſpecies cognoſcimus per principia eaꝝ que ſunt genera. ergo genera ſunt principia rerum. Tertio arguit per dictū platonicorū ponentiū vnum ⁊ ens eſſe principia rerū Et ſimiliter magnū ⁊ paruum quibus vtuntur tanquā generibus. Si vero dicantur vtraq; eſſe principia rerū ſcilicet genera ⁊ illa ex quibus res componunt

Contra arguitur quia vnius reꝝ eſt vnica diffinitio indicās ſubſtantiā eius que componit ex principijs ⁊ cauſis rei ſed nō eſt eadem diffinitio que datur per genera ⁊ per ea exquibus intriſice res cōponuntur. ergo impoſſibile eſt ꝙ vtraq; ſint principia ⁊ elementa rerum.

**Pro reſponſione eſt ſciēdū** ꝙ principia rerum ſunt duplicia. quedā ſunt extrinſica vt efficiens ⁊ finis de quibus hic non eſt difficultas quia neq; genera neq; ea exquibus res componūtur ſunt principia extrinſica. Alia ſunt intrinſica vt materia ⁊ forma. ⁊ iſta ſunt in duplici differentia. quedā ſunt principia ſecundū rationem que ſcilicet dicūt eandem eſſentiam cū pricipiatis ⁊ etiam ad inuicem ⁊ ſolum ratione differunt ad inuicem ⁊ a pricipiatis hoc modo genus ⁊ differentia bene dicūt principia rerum. Alia ſunt principia ſm rem quoꝝ ſcilicet nullum dicit totā eſſentiam reꝝ. ſ; ſolum aliquā partem. ⁊ realiter inter ſe ſunt diſtincta ⁊ a principiato. ⁊ hec iterū ſunt duplicia. quedā ſunt partes eſſentiales rei que ſunt materia ⁊ forma. alia ſunt partes integrales que partes materie dicūtur. vt carnes ⁊ oſſa. ⁊ partes organice. vt manus ⁊ pes ⁊ elementa in cōſtitutione mixti. Sed illa ex quibus in exiſtentib⁹ primis realiter cōponūtur res ſunt pricipia realia vt materia ⁊ forma que ſunt principia ſimpliciū corporū. ⁊ elementa cū forma mixtoꝝ ideo ex iſtis conſideratur diffinitio phiſica data per materiam realem ⁊ formā realiter diſtinctā a materia. ſ; diffinitio loyca cōſideratur ex genere ⁊ differentia.

**Tunc ſit hec concluſio.** genera et alia vniuerſalia ſunt pricipia ſingularium ſecundū rationē. Sed illa exquib⁹ primis in exiſtentibus cōpōitur res ſunt principia ſingulariū ſm rem. Et dicit in exiſtentibus propter priuationē vel contrariū exquibus dicim⁹ interdum aliqd fieri ſed nō manet in re facta. Et dicit primis propter principia proxima ſicut corpus animalis componit ex carnibus et oſſibus tanquā ex principijs materialib⁹ quibus tamen nō cōpetit ratio elementi quia nō ſunt prima principia ſed adhuc reſolubilia ſunt in elementa ⁊ adhuc elementa in materiam ⁊ formam reſoluuntur. concluſio ſatis patet ex prius dictis.

**Sed dubitatur. vtrum ma**gis vltima ſint magis principia quā minus vniuerſalia puta quā ſpēs ſpecialiſſime ꝙ nō arguit textus. primo ꝙ nō dicant principia quia ſi ſic. cum ens ⁊ vnū ſint maxime communia ſequeretur ꝙ eſſent maxime principia. Et tamē ſecundū platonem principia rerum ſint genera:

Sequitur ꝙ ens ⁊ vnum maxime eſſent
genera cõſequens eſt falſum. nam ſi ens
eſſet genus. cuȝ genus nõ predicetur de
differẽtia nec ecõuerſo ſequit̃ ꝙ ens nõ
haberet diffinitionem ⁊ ſic nõ eſſet genus
vel ſi haberet differentia eius eſſet nihil vł
nõ ens ꝙ eſt impoſſibile. Secundo ſi ge
nera dicant̃ principia quia ſunt commu
nia cũ omnia que ſunt inter generaliſſi//
mũ ⁊ ſingularia ſint cõmunia. ſequitur
ꝙ omnia iſta erunt principia ⁊ per conſe
quens genera. quia ſm platonem om̃ia
principia ſunt genera. Tertio ſi gene//
ra ſunt principia eſſendi quia ſunt prnci
pia cognoſcendi. vt plato dicebat multo
magis dr̃e eſſent principia. quia dr̃e ſunt
principia formalia. ſ; inconueniens erat a
pud platonẽ dicere dr̃as eſſe principia re
rum. quia rerũ infinite ſunt dr̃e. Contra
rium arguit textus quia neceſſe eſt princi
pium ⁊ cauſaȝ eſſe pter res quaꝝ ſunt pri
cipia ⁊ cauſe ⁊ eſſe a rebus ſeparata. Qđ
aũt eſt ſeparatũ eſt vniuerſale vt plato di
cebat. ⁊ magis vniuerſale eſt magis ſepa
ratũ. ergo prima genera cum ſint magis
vniuerſalia, ⁊ magis ſepata ſunt magis
principia. reſpondet̃ ꝙ vniuerſalia non
ſunt principia reꝝ niſi ſm rationẽ. princi//
pia vero ſm rem ſunt materia ⁊ forma. ⁊
cũ genus ſumat̃ a materia ⁊ dr̃a ⁊ ſpeci//
es a forma ⁊ forma ſit magis principiuȝ
ſubſtantie ⁊ eſſe reꝝ quã materia. ideo ſe
quitur ꝙ ſpecies eſt magis principiũ reꝝ
quã genus ⁊ quãto genus eſt generali⁹
tanto min⁹ eſt principiũ, licet ſit principi//
um plurium.

## Aliud dubium. vtrũ vniuer

ſalia ſint ſeparata ſm rem a ſuis ſingula
ribus ꝙ ſic arguit̃ q2 niſi ſit de nullo poſ
ſet haberi ſcientia. Tuȝ primo q2 ſingula
ria ſunt infinita. tũ ſcđo quia ſunt corrup
tibilia. tũ tertio quia ſenſibilia ſunt ⁊ non
intelligibilia. Scđo materia a pħis poni
tur ſempiterna ⁊ perpetua. ergo a fortio
ri forma erit ꝑpetua. ſ; forma exiſtens in
materia corruptibilis eſt ergo pter com//
poſituȝ ex materia ⁊ forma ponenda eſt
forma ſeparata. Contrariuȝ quia vni//
uerſalia de ſingularib⁹ predicantur pre//
dicatione dicẽte hoc eſt hoc. ergo vniuer//
ſalia ſunt in ſingularib⁹. Reſpondetur ꝙ
vniuerſalia nõ ſunt ſeparata ſm eſſe a ſin
gularibus. ſ; ſm rationem tantuȝ. ⁊ hoc
ſatis patuit in precedentibus. Et ad pri//
mã rationem dicitur. ꝙ non oportet res
habere ſimilem modũ in eſſendo aperte
reꝝ ⁊ in cognitione noſtra. Ad aliam di
citur ꝙ forma in mã exiſtens eſt per ſe in
generabilis ⁊ incorruptibilis quãuis ſit
ꝑ accidẽs generabilis ⁊ corruptibilis.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primã dicitur ꝙ ſicut genus eſt prin
cipium ſm rationeȝ ita eſt aliud ſecundũ
rationem ab eo cuius eſt principiũ. Alie
rationes bene probant ꝙ ea ex quib⁹ in//
trinſice res primo cõponunt̃ ſint princi//
pia ipaꝝ reꝝ ſm reȝ. Rationes vero poſt
oppoſitũ bene probãt ꝙ genera ſunt pri
cipia ſm rationem. ⁊ ꝙ cõpoſitõ ex gene
re ⁊ dr̃a eſt cõpoſitõ rationis ⁊ nõ realis
ſequitur textus. Adhuc aũt vtrum:

## Queritur ſexto. vtrum oĩm

rerum ſint eadem principia ſm numerũ
Arguit̃ ꝙ ſic quia in cauſis eſt ſtatus
ergo eſt deueniendum ad vnũ effitiens ad
vnum fineȝ ad vnã formam ⁊ ad vnam
materiam. Oppoſitũ arguitur quia ſi
cut ſe habent principia ſenſibiliũ ad ſen//
ſibilia ſic principia entiũ ad entia. ſed nõ
ſunt eedem littere oĩno in omnibus ſil//
libis. ergo nõ ſunt eadem principia in oĩ
b⁹s entibus.

## Pro reſpõſione ad queſitũ

eſt ſciendũ primo. ꝙ duplicia ſunt prin
cipia ſcilicet extrinſica ⁊ intrinſica. intrin//
ſica ſunt materia ⁊ forma. in cõpoſitis et
forma tantuȝ in ſimplicibus. Extrinſica
ſunt finis ⁊ effitiens. principia intrinſica
ſunt vnigenea principalitatis. ideo eius
quod eſt vnũ numero. principia ſunt ea
dẽ numero. vt ſortis materia eſt vna nu
mero ⁊ ſimiliter forma. ⁊ corũdẽ in ſpecie
dr̃ntiuȝ numero. pricipia ſunt eadẽ in ſpẽ
numero dr̃a vt ſortis ⁊ platonis. princi//
pia intrinſica ſunt materia ⁊ forma nu//

mero dr̃a ⁊ ſpecie cõuenientia. ⁊ eorundem genere principia ſunt eadem genere eorundem vero analogia ⁊ proportione principia intrinſica ſunt eadem ſecundũ analogiam.

**Secundo ſciendũ eſt ꝙ pri**cipia extrinſica ſunt duplicia. ſcilicet proxima ⁊ adequata ⁊ remota ſeu excedentia Proxima ſunt vnigenea pricipalitatis quia omne qđ fit ab agẽte determinato fit. etiã ꝓpter determiatũ finẽ ob hoc iſta nõ ſunt eadem omniũ principia ſed diuerſa. Sed principiũ efficiens remotum ⁊ primũ ſimpliciter eſt vnũ numero a quo dependet tota natura. ſimiliter vltimus finis ſimiliter eſt vnus omniũ ad quem omnia ordinant̃. ſimiliter quelibꝫ intelligentia ꝫ mouentiũ orbes que ſunt principia inferiorꝫ per motuꝫ celi eſt vna numero.

**Tunc ſit hec concluſio. omni**um entiuꝫ eſt vnũ primuꝫ efficiens ſimpliciter ⁊ vnus vltimꝰ finis ſimpliciter nõ tamẽ eſt vna materia nec vna forma niſi eſſet ſermo de forma exemplari omniũ que eſt eſſentia primi efficientis ſꝫ nõ eſt vnum primũ efficiens proximum nec vnus finis propinquus omniũ. concluſio ſatis patet ex dictis.

**Sed dubitat̃ vtruꝫ corrup**tibiliũ ⁊ incorruptibiliũ ſint eadẽ principia. Arguitur ꝙ nõ quia ex eiſdeꝫ principijs ſequitur idẽ effectꝰ. ergo ſi corruptibiliũ ⁊ incorruptibiliũ ſint eadeꝫ principia oĩa eſſent corruptibilia vel incorruptibilia. Oppoſituꝫ ar̃ qꝛ taꝫ corruptibiliũ quã incorruptibiliũ oportꝫ principia eſſe incorruptibilia. ergo ſunt eadeꝫ principia oĩm. antecedens patet quia omne quod corrumpitur in aliquid prius eo reſoluitur. ergo ſi principia corruptibiliuꝫ eſſent corruptibilia corrũperent̃ in alia priora ⁊ illa in alia. ⁊ ſic in infinituꝫ vel oporteret dicere ꝙ deueniendũ ſit ad principia incorruptibilia que etiaꝫ ſint principia corruptibiliũ. Ad dubium reſpondetur ſicut ad queſtionem precedentẽ. ꝙ quedã ſunt principia intrinſica ſcilicet materia ⁊ forma. ⁊ quedaꝫ extrinſica vt finis ⁊ efficiens. principia intrinſica non ſunt eadem corruptibiliũ ⁊ corruptibilium. nã principia intrinſica incorruptibiliũ nec per ſe. nec per accidens ſunt corruptibilia. Sed principia intrinſica corruptibiliũ licet nõ per ſe ſint corruptibilia tamẽ per accidẽs ſunt corruptibilia. principia vero extrinſica propinqua ⁊ vnigenea principalitatis nõ ſunt eadem corruptibiliũ ⁊ incorruptibiliũ. quia corruptibiliũ ſunt corruptibilia cuꝫ ſint eiuſdeꝫ generis ⁊ ſpeciei cũ ipſis. ſicut homo generans cuꝫ homine genito. Sed principia propinqua incorruptibiliũ ſunt incorruptibilia. principia autẽ extrinſica ⁊ remota corruptibilium ſunt incorruptibilia vt deus intelligẽtie ⁊ celũ. ſꝫ tamen inter iſta eſt ordo qꝛ principium ſimpliciter primũ ſcilicet deꝰ eſt omnimode immutabile. intelligentie vero immobiles ⁊ incorruptibiles ſunt motu phiſico poſſunt tñ mutari ſm affectiones ex natura ſua. ⁊ ſm determinationeꝫ ad diuerſa loca. corpora vero celeſtia incorruptibilia ſunt. tamẽ ſunt mobilia localiter. Ad rationeꝫ in cõtrarium dicitur ꝙ ex eiſdẽ principijs intrinſicis ⁊ extrinſicis vniuocis ſequit̃ ideꝫ effectus ſꝫ nõ oportet ex eiſdem pricipijs extrinſicis ⁊ equiuocis omnes effectus ſequentes eſſe eiuſdem cõditionis. Qualiter aũt agẽs per intellectuꝫ ⁊ voluntateꝫ vnuꝫ ⁊ idem manens ſe habeat ad producendũ diuerſa tractatum eſt in ſcđo de generatione. ⁊ ſic patet reſponſio ad queſitum.

**Tunc ad rationes ante op**poſitum. ad primã iaꝫ cõceſſuꝫ eſt ꝙ primum efficiens ſimpliciter eſt vnũ omnium. ſimiliter vltimus finis ſimpliciter eſt vnꝰ. ⁊ prima forma exemplaris eſt vna ſm rem. ⁊ ſic primũ ens in triplici genere cauſe ſcꝫ efficientis finalis ⁊ formalis. exẽplaris eſt cauſa omniũ in ipa vero non eſt materia. ⁊ quãuis ariſtot. ꝓbat ſtatum eſſe in cauſis materialibus non per hoc cõcluditur ꝙ oĩm entium ſit materia. ſed concluditur ꝙ in qualibet re que fit ex materia per reſolutionẽ deueniẽdũ eſt ad materiã primã qua aliqđ dicit̃ ſic

Feri ꝙ ipſa amplius nō fit ex alio. cū hoc tamen ſtat ꝙ in materialibus diuerſorū in numero eſt al.a mater.a ſm numeruȝ Sequitur textus. Omniuȝ autem ad cō ſiderandum tradita ꝛ cetera.

Queritur ſeptimo · vtrū ens ꝛ vnuȝ ſint principia ſubſtātialia rerum. Arguit̄ ꝙ ſic qꝛ primū principium eſt ens ꝛ vnū a quo deriuat̄ omis entitas ꝛ vnitas in rebus ergo ꝛc. Scd̄o ens et vnū p̄dicant ſubſtantiam cuiuſ libet reꝝ ergo ſunt principia ſubſtātialia reꝝ. Op//poſitū arguit̄ qꝛ accidētia nō ſunt princi pia ſubſtātialia reꝝ. ſ ens ꝛ vnū p̄dicant̄ de accidentib⁹ ſicut de ſubſtantijs. ergo nō ſunt principia ſubſtātialia rerum.

Pro reſponſione eſt primo ſciendū ꝙ antiqui naturales ponentes vnuȝ aut plura elementoꝝ eſſe principia ſubſtantialia rerum poſuerūt illud vnuȝ vel plura elementa ſubici ſiue ſuſterni en titati ꝛ vnitati tanꝙ per ſe accidentib⁹. et ita nō poſuerūt ꝙ ēns ꝛ vnū in vli. ſiue vnitas ꝛ entitas eſſent ſeparatā per ſe ſub ſiſtentia ꝛ oīm reꝝ vlia principia. Plato vero poſuit ens ꝛ vnū p ſē ſeparata ꝛ per ſe exiſtentia ꝛ vlia p̄dicata de omnib⁹ et ē ſe principia ſubſtātialia ꝛ quidditatiua oīm reꝝ. ſ vtraqꝫ oppinio ſm aliquid fal ſa eſt. ꝛ quantū ad aliquid vera. Prima enim inquātuȝ ponit ens ꝛ vnū nō eſſe ſe parata a rebus ſm eſſe tanꝙ vlia per ſe ſubſiſtentia p̄dicata de ipis verum poīt Sȝ inquantū ponit vnuȝ elementuȝ aut plura eſſe totā ſubſtantiā reꝝ falſa eſt coꝝ oppinio. Et in primo ethicoꝝ ꝛ in de ge//neratione reprobat̄. oppinio vero plato//nis ponētis ens ꝛ vnū ſeparata eſſe prin cipia. ſi hoc intelligeret de primo princi//pio effectiuo finali ꝛ exemplari oīm reruȝ quod eſt ſuum eſſe ꝛ ſua vnitas ꝛ nō eſt vlē per p̄dicationeȝ. ſ per cauſalitatē ꝛ p fectionis immēſitatem bene diceret. tale enim eſt ens. ꝛ vnum per eſſentiā ꝛ per ſe ſubſiſtens. Sed inquantū ponit tale ens eſſe vnum per ſe ſubſiſtens ꝛ ſeparatum eſſe vniuerſale per p̄dicationem de omni bus. ꝛ eſſe principium ſubſtātiale forma le ꝛ quidditatiuuȝ omniū rerum falſum dicit. ꝛ in hoc ſenſu reprobat ariſtot. po ſitionem platonis de ydeis ſeparatis.

Tunc ſit hec concluſio · illud ens quod eſt ſuuȝ eſſe ſua vnitas ſua en//titas ſeparata a rebus eſt primū principi um omnium reꝝ in triplici genere cauſe Ipſum tamē ens nō eſt vniuerſale per p̄ dicationem neqꝫ principiuȝ formale ꝛ qd ditatiuum ipaꝝ rerum. ſ ab eo diriua//tur ratio entitatis ꝛ vnitatis i omnibus rebus. iſta cōcluſio ſatis patet ex precedē tibus.

Sexta concluſio · ens ꝛ vnuȝ que predicantur de omnib⁹ rebus non ſeparant̄ ſm eſſe a rebus nec ſunt princi//pia rerum ſm rem. ſ ſoluȝ ſm rationem vt in precedentib⁹ probatū eſt. principia enim intrinſica rerum cōpoſitaꝝ ſunt ma teria ꝛ forma. ꝛ principia rerum ſimpli//cium ſunt forma ꝛ eſſe. Et ſimiliter dicen dum eſt de quolibet cōmuni qd̄ de mul tis p̄dicatur ꝙ nō eſt ponendum ſepara tum ſm eſſe ab illis de quibus predicat̄ neqꝫ eſt principiū reale ipſoꝝ. ſ ſm ratio//nem tantū. qualiter aūt ens ꝛ vnū ſub//ſtantiam cuiuſ libet reꝝ predicent videbi tur in quarto.

ra longa habet duo tēpora. breuis vero vnū tn̄ ptes hui⁹ diuiſionis ſunt eiuſdeꝫ ſpēi ſicut pticule aq̄ ſunt aqua 7 non ſūt diuerſe ſm ſpēm vocis ſicut ptes ſillabe vnde cū in diffinitione elementi poniᷣ ꝙ nō diuidiᷣ indiuerſa ſm ſpēm non eſt intelligendū de ptibus quātitatiuis. ſic. n. ligni eſſet elementū qꝛ quelibet pars ligni eſt lignū. ſ intelligendo de diuiſione q̄ fit ſm alteratione ſicut corpora mixta reſoluitur in ſimplicia 7 ſic debet intelligi de diuiſione que fit in ptes diuerſaꝝ rationum. Scd̄omodo dr̄ elementuꝫ id qd̄ cum altero primo rem cōponit p naturalem generationē ſicut qd̄libet corp⁹ ſimplex rectem otū reſpectu mixti dr̄ elementū.. Tertiomō diciᷣ elementum id qd̄ eſt ſm ſitum primo 7 cū alio rem cōſtituit vt in deſcriptionibus geometricis linee cōſtituentes figurā elemēta dicitur

Quartomō dr̄ elementū illud qd̄ ſm virtutē ſolū 7 nō ſm ſubſtantiā rem conſtituendo ingrediᷣ. 7 iſtomō celuꝫ bene diciᷣ elementū reſpectu iſtoꝝ inferioꝝ q̄ p virtutem eius generanᷣ. etiā prima principia dicerētur elemēta demonſtrationū 7 demonſtrationes que fiūt inſuperioribus ſcientijs dicerenᷣ elemēta demōſtrationū que fiūt in ſcientijs ſubalternatis 7 hijs quattuor modis ꝓprie dr̄ elementum. ſ tranſumptiue dr̄ elementū omne illud qd̄ eſt vnū. i. indiuiſibile 7 puꝝ id eſt ſimplex 7 ad multa vtile. nā ex hoc ꝙ elementū eſt indiuiſibilis in alias ſpēs oportet ꝙ ſit vnū qꝛ qd̄ eſt principiū in cōpoſitione oportet ꝙ ſit puꝝ. i. ſimplex. ſ qꝛ ex ipo alia cōponuntur accipiᷣ qd̄ eſt ad multa vtile 7 hec ſuffitiūt ad hoc qd̄ aliquid dicaᷣ elementū trāſſumptiue et hoc modo habet textus. vľe reſpectu ſuoꝝ ſingulariū elementū dr̄ 7 magis vniuerſale magis eſt elementū qꝛ ſimplitius eſt ſm rationē 7 ad plura vtile. 7 ſic gen⁹ magis elementū quā dr̄a diuiſiua eius qꝛ ſimplici⁹ eſt 7 ad plura vtile. hoc etiaꝫ mō punctus 7 vnitas elementa dici poſſent. ſ iſta deſitiunt a ratione cōpleta elementi. quia vniuerſalia ſm rem nō ſunt materia ex q̄ cōponantur particularia. Sicut pūctus non eſt realiter materia linee qꝛ linea nō cōponitur ex pūctis. Ex quib⁹ patet diuiſio modoꝝ elementi. quoꝝ habetur ſic ſuffitientia. nā omne elementuꝫ debet eſſe indiuiſibile vel ergo eſt indiuiſibile ſm ſpēm vel ſm quātitatem vel ſecundū diffinitionē. Si primuꝫ eſt dupliciter vel ingreditur rei cōſtitutionem ſm virtutem ſolū 7 ſic eſt quart⁹ modus vľ ſm ſubſtantiā 7 hoc tripliciter vel qꝛ diſponitur cū alio ad rei cōſtitutionem ſm ordinem tantū 7 ſic eſt primus modus vel ſm alterationem phiſicam 7 ſic eſt ſecundus vel ſm ſitū 7 ſic eſt tertius. ſi ſit ſ diuiſibile ſm quātitatem ſic eſt ille mod⁹ tranſſumptiuus quo punctus 7 vnitas elementa dr̄. ſi ſm diffinitioneꝫ ſic eſt alius modus quo prima genera elementa dicuntur.

Ubi eſt ſciendum. ꝙ omnia iſta nomina ſunt multiplicia multiplicitate analogie 7 non pure equiuocationis ideo in ſequendo ariſtotiľ. doctrinaꝫ datam in quarto ſemper enumeratis modis cuiuſlibet multiplicis oſtendenduꝫ. eſt illud cōmune inquo cōmunicant qd̄ tamen ſecunduꝫ prius 7 poſterius in illis modis inuenitur quod ſemper facit ariſtotiľ. ideo in fine huius capituli dicit ꝙ in omnibus modis elementi cōmune eſt primo in eſſe rei hoc eſt primo venire in compoſitionem rei.

Tunc ſit hec cōcluſio. predicta diffinitio eſt bene aſſignata. patet quia quattuor requirūtur 7 ſuffitiunt ad hoc ꝙ aliquid ꝓprie dicaᷣ elementū reſpectu alicuius. ſ illa quattuor in p̄dicta diffinitiōe ſuffitienter explicanᷣ vt prius patuit ergo diffinitio elementi eſt ſuffitiens.

Tunc ante oppoſitū ad rationes. ſatis patꝫ ſolutio ex dictis. ſequitur tertus. Natura vero dicitur.

Queriᷣ tertio. vtrū cōſideratio huius nōis natura ad methaphiſicū pertineat. Arguiᷣ ꝙ nō qꝛ ad phiſicū pertinet. nā in ſcdō phiſicoꝝ phus diffinit 7 diſtinguit naturam. ergo non pertinet ad methaphiſicum.

Philoſophus eſt ad oppo
ſitum in littera. primo videbit de modis
nature. ⁊ ſcdo de modo neceſſarij. quan
tum ad primū ſuppoitis quattuor mo//
dis nature poitis a boetio in libro de du
abus naturis q2 in ſcdo phiſicoꝝ recita//
ti fuerūt vidēdū eſt d illis que ab ariſto
tel. in pñti paſſu ponuntur qui ſunt octo
Primomodo dr natura generatio paſ//
ſiua naſcentiū que vocatur natiuitas. Se//
cundomō dr natura principiū. vnde res
fit ab extrinſico ſicut virtus formatiua ī
ſemie natura dr. ⁊ ſic iſte modus ſolum
reperitur in naſcentibus ſeu in viuentibꝰ
que ex ſemine per virtutē formatiuaꝫ ge
nerātur. Tertiomō dr natura princi//
pium mouendi ⁊ quieſcendi; vt dr in ſe//
cundo phiſicoꝝ. Quartomō dr illud
ex quo in exiſtente ⁊ in ordinato ⁊ immu
tabili a ſua poteſtate res ē vel fit hocmō
materia reꝝ naturalium dicitur natura.
Quintomō dr natura ipa rei ſubſtantia
lis forma. Sextomodo dr natura ip//
ſa materia prima ⁊ dr iſte modus a qr//
to. quia quartus intelligit de materia ſe
cunda. ſm quem modum materia artifi
cialium dicentur natura illoꝝ ⁊ dr a ma//
teria naturaliū quia materia naturalium
ſaluatur ꝑ ſe ſm eſſentiam ⁊ variatur ſe
cundū eſſe. ſ materia artificiuꝫ ſaluatur
ſm eſſentiam ⁊ eſſe. ideo in artifitialibus
natura principaliter dicitur de materia q̄
eſt tota ſubſtantia coꝝ. in naturalibꝰ ue//
ro principalīꝰ dicitur de forma. aliomo//
do dicitur natura forma que eſt terminꝰ
generationis ⁊ dr iſte modus a quin//
to quia in iſto eſt ſermo de forma totius
que magis proprie eſt terminus genera//
tionis quam forma partis eo ꝙ totum
cōpoſitum eſt quod per ſe generatur. ſed
in quinto eſt ſermo de forma partis. Oc
tauomodo large dicitur natura omnis
ſubſtantia que poteſt agere vel pati. ⁊ iſte
modus eſt mathaphoricus quia nomē
nature venit anaſtor ceris. ſ in ſubſtātijs
ſeparatis cum materiam nō habeant na
ſci. nō cōuenit niſi methaphorice ſcilicꝫ ꝑ
creationem corporibus etiā celeſtibꝰ ꝓ//
prie nō cōuenit naſci q2 per generationeꝫ
in eſſe nō exiuerunt. ſimiliter rebꝰ in aīa//
tis proprie loquēdo naſci nō cōuenit ſed
ſolū viuentibꝰ q2 ab intrinſica habēt prin
cipiū ſue generationis. ⁊ iſtoꝝ modoruꝫ
ſic habet ſuffitientia. q2 natura dr de ali//
quo vel ergo methaphorice vel proprie
Si primū eſt octauꝰ modus. ſi ſm cum
nomen nature aliqualiter perfectionē di
cat ⁊ perfectio cuiuſ libet in tribꝰ cōſiſtat
.ſ. in ſubſtantia virtute ⁊ operatione. idō
quodlibet hoꝝ natura dicitur. ſi ergo di
catur natura d operatione eſt primꝰ mo
dus. ſi de virtute que eſt proximū princi
pium operationis ſic eſt ſcdus. ſi de ſub
ſtantia eſt dupliciter. vel dr tam de mate
ria quā de forma ſimul ⁊ ſic eſt tertiꝰ mo
dus vel de altero tantū ⁊ hoc dupliciter
vel dr de materia vel de forma. ſi de ma
teria vel de materia ſimpliciter prima ⁊
ſic ſextus modus vel d ſcda ⁊ ſic eſt quar
tus. ſi de forma vel de forma partis ⁊ ſic
eſt quintꝰ vel de forma totius ⁊ ſic ē ſep
timus. ſ vt videatur reductio omnium
iſtoꝝ modoꝝ ad vnum.

Sciendū eſt ꝙ reductio ali
cuius nois ad vnū primū poteſt fieri du
pliciter. vnomodo ſm ordinem reꝝ ſig//
nificataꝝ inter ſe. aliomodo ſm ordineꝫ
noſtre cognitionis que interduꝫ ex poſte
rioribus ad priora procedit. ⁊ quia no//
mina imponuntur a nobis ſecunduꝫ ꝙ
res cognoſcimus. ideo interdum aliqd
apud nos prius ſortitur nomē cui tamē
res nominis poſterius conuenit. ⁊ ſic eſt
in propoſito. nam quia forme ſubſtanti//
ales rerum nobis immote ſunt ex earum
virtutibus. ⁊ virtutes ex operationibus.
ideo per prius iparum naſcentium gene//
ratio; que dicitur natiuitas nomen natu
re accepit ⁊ conſequenter virtus que eſt
principium proximum generationis. et
vltima forma ſubſtantialis. ſ ſecunduꝫ
ordinem reruꝫ forme prius competit ra
tio nature quia vt habet textus nihil di//
citur habere naturam niſi ſecundum ꝙ
habet formā. ⁊ ſic forma ſm ordinē reꝝ.

Primo natura dr̄. ⁊ materia dr̄ natura q̄a eſt forme ſuſceptibilis. generationes vero nomē nature habēt qꝛ ſunt motus procedētes a forma ⁊ ad formā terminātur.

Tunc ſit hec cōcluſio ad metaphiſicū pertinet cōſideratio huius nominis natura patet qꝛ natura ſm̄ vnam acceptionē dr̄ de omni ſubſtantia ſʒ metaphiſici eſt cōſiderare ſubſtantiaʒ in cōmuni ⁊ ea que de ſubſtātia dicūtur. ergo ipſius eſt cōſiderare naturā. ⁊ hec de primo articulo.

Quantuʒ ad ſecunduʒ eſt ſciendum. ꝙ neceſſariū in ratiōe cauſe ponitur. ideo de modis ei⁹ determinat hic ariſtotil. ponēs quattuor modos neceſſarij. Primo mō dr̄ neceſſariū illud ſine quo res in eſſe ſaluari nō poteſt ſicut reſpirari neceſſariū eſt animali reſpiranti. et ſimiliter cibus neceſſarius eſt animali. et neceſſariū hoc mō dictum licet nō ſit cauſa principaliter rei eſt tñ quodammodo cū cauſa. reſpiratio enim licet nō ſit cauſa vite animalis reſpirantis eſt tñ cū cauſa inquantū operatur ad tēperamentuʒ. caloris naturalis ſine quo nō eſt vita. et ſimiliter dicēdum eſt de cibo ſine quo animal viuere nō poteſt. ⁊ ſic iſta dicūtur neceſſaria qꝛ ſine eis impoſſibile eſt rē ſaluari in eſſe. Scd̄o mō dr̄ neceſſariū illud ſine quo bene ⁊ comode res eſſe vel fieri nō poteſt aut etiam ſine quo faciliter nō poteſt malū vitari. vt veſtimenta neceſſaria ſunt hominib⁹. ⁊ infirmo neceſſaria ē purgatio. ⁊ iſtis duobus modis dicitur neceſſariū ex ſuppoſitione ⁊ nō abſolute. ſʒ primus modus ſumit̄ ex ſuppoſitione finis qui eſt eſſe rei. ſcd̄us ex ſuppoſitione finis qui dicit̄ bene eſſe rei. Tertio modo dr̄ neceſſariū illud qd̄ alicui infert violentiā ⁊ etiaʒ ip̄a violentia nomen neceſſarij accipit. ⁊ ſic ea que ſunt violenta ⁊ coacta aliquid facere contra eoꝝ naturalem inclinationem vt graue aſcendere ſurſum aut contra eoꝝ voluntateʒ id eſt propoſitum neceſſitari dicuntur. ⁊ iſtius modi ponit ariſtotil. duas conditiones:

Prima eſt ꝙ tale neceſſariū eſt triſte et lamentabile qꝛ eſt cōtra naturalem inclinationem aut voluntatē ⁊ appetitum. Scd̄a eſt ꝙ tale neceſſariū nō eſt increpabile ymmo veniā meretur qꝛ nō increpamur niſi de hijs que voluntarie facimus de quibus rationabiliter increpamus ſi inordinata ſint. Quarto modo dicitur neceſſariū illud quod nō cōtingit aliter ſe habere ⁊ hoc modo tā principia quam cōcluſiones demonſtrationū ſimpliciter neceſſaria ſunt. ⁊ iſto modo dicitur neceſſariuʒ abſolute ⁊ ſimpliciter. ideo ad iſtū modū alij modi neceſſarij qui nō dicuntur neceſſarij niſi ſm̄ ꝙ reducuntur tantum habentes de ratione neceſſarij quātum appropinquat iſtū quartum modū. Ex p̄miſſis infert ariſtotil. tria correſponſoria ſe inuicem cōſequentia. primum eſt ꝙ in demonſtrationibus ſimpliciter taʒ premiſſe quā cōcluſiones neceſſarie ſunt ⁊ cum premiſſe ſint cauſe concluſionum. ſequitur ꝙ aliqua ſint neceſſaria dupliciter. quedā quoꝝ neceſſitatis eſt altera cā. quedā vero quoꝝ neceſſitatis nulla ē cā. ⁊ alia ſunt neceſſaria propter ſeip̄a. ⁊ hoc eſt cōtra democretū qui dicebat ꝙ neceſſarioꝝ nō ſunt inquirende cauſe. vt recipitur octauo phiſicoꝝ. Scd̄m correlarium eſt ꝙ oportet eſſe vnum primuʒ neceſſarium a quo cetera habeant neceſſitatem quia in cauſis nō eſt procedere in infinitum vt iſtud primum neceſſarium eſt maxime propter neceſſariū quia ꝙ alijs eſt cauſa vt talia ſint illud eſt maxime tale. vnde ſequitur ꝙ neceſſe eſt ipſum eſſe ſimplex quia neceſſe eſt omne compoſitum ſe habere ſcd̄m exigentiam ſuarum partium componentum. que quideʒ partes cum diuerſe ſint tribuunt toti compoſito diuerſas proprietates. ideo res cōpoſita ex diuerſis poteſt differenter ſe habere. quod aūt pluribus mōis poteſt ſe hr̄e pōt aliter ⁊ aliter ſe habere qd̄ diminuit de ratione neceſſarij. Tertiuʒ correlarium eſt ꝙ ſi aliqua ſint entia ſempiterna ⁊ ſimpliciter neceſſaria oportet ea eſſe immobilia qꝛ oē mobile aliter ⁊ aliter ſe habʒ. vnd̄ ſequit̄ vlteri⁹ ꝙ in ſempiterna

⁊ immobilibꝰ nihil poteſt eſſe violentuz
aut contra naturā q꞉ violentia fit a princi
pio extrinſeco mouente nō cōferente vim
paſſo. ⁊ ſic implicat contradictionem ali
quid eſſe immobile ⁊ poſſe violentiari. et
hoc dicit ariſtotil'. ne deceptio aduenıat ī
nomine neceſſitatis. cū dicitur de ſubſtā
tijs immaterialibus ꝙ neceſſarie ſunt ne
per hoc aliquis intelligat in eis eſſe aliꝗ
violentiam. vnde predictoꝝ modorū ſic
habetur ſufficientia. quia omnis neceſſi//
tas vel eſt a cauſa intrinſica vel extrinſica
Si primum eſt quartus modus ·ſi ſecū
dum eſt dupliciter aut dependet ex fine.
vel ex efficiente. ſi primum aut ille finis eſt
eſſe ⁊ ſic neceſſitas ſumpta ab illo fine ꝑ//
tinet ad primum modum vel talis finis
eſt bene eſſe ⁊ ſic ſumitur neceſſitas ſecun
di. ſi ſumatur ab efficiēte ſic eſt tertiꝰ mo//
dus. nā violentia eſt quādo aliquid mo
uetur ab exteriori agente ad illud ad qō
ex propria natura aptitudinem nō habet
Si enim aliquid ſm ſuā naturaz ordinet
ad hoc quod recipiat motum ab exterio
ri agente tunc motus nō erit ei violentꝰ.
ſed naturalis ſicut eſt de motu orbium ce//
leſtium a ſubſtantijs ſeparatis ⁊ de mo//
tu inferioꝝ corpoꝝ a ſuperioribꝰ. ⁊ ſic pa
tet diuiſio modoꝝ neceſſarij.

**Tunc ad ante oppoſitum ra**
tiones dicitur ꝙ phiſicus nō conſiderat
naturam ſm omnē eius acceptionem. ſꝫ
ſolum ſm illam qua dicitur principium
mouendi ⁊c. methaphiſicus vero qui eſt
vniuerſalis artifex naturam habet conſi//
derare ſm ꝙ de omni ſubſtantia ſiue ſit
materia ſiue forma. ſiue forma partis ſiue
forma totius. ſiue ſit materia prima ſiue
ſecunda. ſiue etiam ſit forma ſpiritualis.
ſiue naturalis aliquomodo dici poteſt.
ſequitur textus. Vnum dicitur aliud ⁊c.

**Queritur quarto · vtrum illa**
que dicuntur vnum quintomodo quo//
rum ſcilicet intelligentia eſt indiuiſibilis
loco tempore ⁊ ratione ſint maxime vnū

Arguitur ꝙ nō quia nihil eſt illomo//
do vnum eo ꝙ vel eſſet prima cauſa vel
aliud tantum. ſi ſit prima cauſa pluribus
⁊ varijs cōceptionibus concipitur ſicut
varijs noibus nominatᷣ. ſi ſit cāuſatum vel
eſt genus vel in genere ⁊ omne tale com
poſitum eſt ex actu ⁊ potētia. ergo nihil
eſt cuius intelligentia ſit indiuiſibilis.
Scḋa illa quoꝝ ratio cōpleta eſt eadem
nullā penitus inter ſe habent diſtinctio//
nem vt ſunt tunica ⁊ indumentum. ergo
habēt maximā vnitatem ⁊ per cōſequēs
que ſunt vnū quintomō nō ſunt magis
vnum ꝙ que ſunt vnuz quartomō. Ad//
oppoſitum eſt ariſtotil'. in littera.

**Pro reſponſione eſt primo**
ſciendum. quā ariſtotil'. poſtꝙ in primo
tractatu diſtinguit nomina impꝛtantia ra
tionem principij, vel cauſe. cōſequenter in
ſcḋo diſtinguit noia que aliquomō ſig//
nificant ſubiectū huiꝰ ſcientie vt ſunt iſta
tria vnum ens ⁊ ſubſtantia. vnū aūt ⁊ ēs
in hac ſcientia habent rationē ſubiecti cō
munis. ſubſtantia vero habet rōem ſub//
iecti principaliter. nā vt habetᷣ in quarto.
ꝗuis hec ſcīa de oī ente cōſideret princi//
paliter tñ de ſubſtāīa. ⁊ q꞉ cōia ſunt prio
ra via doctrine. ideo priꝰ diſtinguit vnuz
⁊ ens ꝙ ſubſtantiā. ⁊ q꞉ vnū habet quo//
dāmodo rōem principij. vt dicit textus
ideo priꝰ diſtinguit nomē vniꝰ ꝙ nomē
entis.

**Vbi eſt ſecundo ſciendū · ꝙ**
vnū prima ſui diuiſione diuiditᷣ in vnuz
ſm ſe ⁊ in vnū ſm accidēs. ⁊ vnuz ſm ſe
diuiditᷣ in vnū realiter ſumptū quādo. ſ.
vnitas ſumitᷣ a conditione exiſtente apte
rei. ⁊ vnū logicaliter ſumptū qñdo. ſ. ta//
lis vnitas attenditᷣ ſm aliꝗ intentionem
logicaz. vnde ariſtotil'. primo ponit mo//
dus vniꝰ ſm accidēs. Scḋo modꝰ vniꝰ
ſm ſe ⁊ realiter ſumptū. ⁊ tertio modos
vniꝰ ſm ſe ⁊ logicaliter ſumpti. vnde ſic
vniꝰ ſm accidēs ponit ariſtotil'. tres mo
dus. Primꝰ eſt quo ſubiectū ⁊ accidens
dr̄ vnū vt choriſtꝰ muſicus eſt vnū ens
Scḋus modꝰ eſt quo duo accidentia ei
dē ſubiecto inherentia dr̄ vnū vt albū
⁊ muſicū vnū ſunt q꞉ vni ſubiecto inſunt
Tertius modus eſt quo accidēs ⁊ genꝰ
vel ſpecies ſui ſubiecti dicuntur vnum vt
hominem muſicum dicimus eſſe vnuz
⁊ differunt hic modus a primo modo.

Quia in primo ex duobus ſit vnū ſolū
qȝ vnuȝ in eſt alteri nec ambo inſunt vni
tertio. ſȝ in hoc mō vnum ineſt alteri ſcili//
cet muſicū homini. ⁊ homo adhuc in a//
lio. vt in choriſto vel alio ſingulari ꝑ qḋ
accidit homini eſſe muſicuȝ. dr̄ tamē
muſicū ineſt homini ⁊ homo choriſto q̇a
muſicuȝ ineſt homini vt accidēs homo
aut choriſto vt eius ſubſtātia que in hoc
modo muſicuȝ non dr̄ homini accidere
ſicut in ſcd̄o modo. modo albū ⁊ muſi//
cum ſibi inuicē accidūt. ſ. qȝ vtraqȝ cho//
riſto inſunt vt accidēs ſubiecto. inter aūt
iſtos modos p̄mꝰ eſt numerꝰ per acci
dens. deinde tertius. ſcd̄us vero eſt ma//
gis per accidens.

Ulterius eſt ſciendū ꝙ vnū
ſm ſe ⁊ realiter acceptuȝ dr̄ quinqȝ mo//
dis proprie ⁊ alijs modis metaphorice.
Primo mō dr̄ proprie aliquid vnū con//
tinuitate ⁊ hic modus ſubdiuid̄r quia
vel talis cōtinuitas eſt ab arte vt duo li//
gna viſco vel alio vinculo vnita dicerētur
vnuȝ vel talis cōtinuitas eſt a natura qḋ
fit dupliciter. qȝ vel tale cōtinuū eſt rectū
vt tibia vel eſt reflexum vt cōiunctuȝ ex
crure ⁊ tibia ⁊ iſtoꝝ cōtinuū natura ē ma
gis cōtinuum quā cōtinuum arte. ⁊ ad
huc cōtinuum natura qḋ eſt rectuȝ ē ma
gis vnum quaȝ qḋ eſt reflexum. quod
probat textus per diffinitionem veri cō//
tinui quia dicit̄ ꝙ vere cōtinuoꝝ eſt vnꝰ
motus ſm ſe modo in reflexis cōtingit
vnam partem moueri alia quieſcente qḋ
non contingit in rectis ⁊ ſic continuȝ rec
tum eſt magis vnum quam cōtinuum
reflexum. ꝙ aūt continuū natura ſit ma
gis vnum quam cōtinuum arte. quod
ſolum eſt vnum ſm contactum. probat̄
quia que ſic ſe tāgunt vt ligna viſco vni
ta nō dicuntur vnum lignum nec vnuȝ
corpus aliquod aliud vnum quod per
tineat ad genus continui quia iſta non
habent vnitatem continuitatis per ſeip//
ſa. ſȝ per aliquod vinculum quod ea con
iungit. ſȝ illa que dicuntur vnum natura
quāuis habeant reflexionem per ſe ipſa
tamen habent vnitatem cōtinuitatis ſi//
cut due linee reflexe continuātur ad vnū
terminum cōmunem qui eſt pūctus in
loco vbi conſtituit̄ angulus. ſȝ tamen vt
dictum eſt magis ſunt vnuȝ illa que ſunt
per ſe continua ſine reflexione.

Et circa diffinitionem con//
tinui ſciendū eſt. ꝙ diffinit philoſophus
continuum per motum ⁊ non per vnita//
tem termini ad quem partes compleren
tur vt dicitur in predicamentis neqȝ per
diuerſitatem in infinitum vt in phiſicis
quia ex iſta diffinitione data per motum
magis poteſt ſumi diuerſus gradꝰ vni//
tatis in diuerſis continuis ſicut dictum
eſt. Secundo mōdo dicuntur aliqua
vnum ſm ſe ⁊ realiter quoꝝ eſt vnū ſub
iectuȝ. i. vna materia prima aut vltima
ſeu propria. ſi que cōueniant in materia
proxima. ⁊ illa que ſic conueniūt in ma//
teria prima ⁊ remota. hoc modo liquefa
ctibilia dicuntur vnum quia omniū eo
rum materia eſt aqua vel aer. aer ſcilicet
in pinguibus viſcoſis ⁊ inflammabili//
bus. aqua vero in non viſcoſis ⁊ conge//
labilibus. Tertio modo dicuntur ali
qua vnum quoꝝ eſt vnum genus: vt di
cimus hominem bouē ⁊ canē eſſe vnū
quia hec om̄ia animalia ſunt ⁊ hec vni//
tas vt dicit textus aſſimilantur vnitati p̄
cedentium propter proportionem gene//
ris ad materiam. quedam tamen bene
dicuntur vnuȝ ſm predicationem gene//
ris remoti quod ad ip̄a non deſcēdit ꝑ
dr̄as diuerſas que nō dicerentur vnū ſe//
cundum predicationem generis proxi//
mi quod in ip̄a deſcendit per dr̄as diuer
ſas. vt yſopleurus ⁊ yſocheles vnum di//
cuntur id eſt vna figura. ſed non vnꝰ tri
angulus. Quarto modo dicuntur eſ//
ſe vnum que habent eandeȝ diffinitioneȝ
cōpoſitā. ut tunica ⁊ indumētum uel in
cōpoſitā uel augmentū ⁊ diminutio que
in hoc conueniūt ꝙ ſunt motus ad quā
titatem ⁊ hoc modo magis ſunt unum
quorum eſt una diffinitio compoſita ꝙ
quorum eſt una diffinitio incompoſita.

Quintomō dr̄r vnū illa quoꝝ intelli/
gētia eſt indiuiſiblis ⁊ nō poſſunt ſepara
ri neq̧ tēpore neq̧ loco neq̧ ratiōe. ⁊ iſte
modus reperit̄ tā in ſubſtantia ꝗ̄ in ac/
cidentibus. in ſubſtātia ſicut dicimꝰ ꝙ̄
ſubſtātia eſt ſuppꝛemū genus. ꝗuis enī
genera generaliſſima ſint quodāmodo
cōpoſita ex potentia ⁊ actu. nō tn̄ ex diffe
rentia ⁊ genere. ideo habent ſimplicem
conceptū indiuiſibilem. in accidentibus
aūt vt in pūcto ⁊ vnitate in quoꝝ diffini
tionibꝰ nō ponūtur plra cōpoſitionē de
nōtia in exiſtentijs eoꝝ. ⁊ hoc magis re
peritur in vnitate quā in pūcto. verꝰ etiā
reperitur in ſubſtantia ꝙ̄ in accidentibꝰ
qꝛ intellectꝰ accidentis nō eſt niſi per ſub
iectum quare iſte intellectꝰ vnitatis ſolū
ſimplicibus cōuenit in quibꝰ non eſt cō/
poſitio ex pꝛincipijs materialibꝰ ⁊ forma
libus neq̧ ex genere. ⁊ dr̄a ideo intellectꝰ
accipiens quidditatem eoꝝ nō appꝛehē/
dit ea quaſi cōponens diffinitionē eſſen
tie ex diuerſis pꝛincipijs. ſꝫ magis conci/
pit diffiniendo per modū negationis. ſi/
cut punctus dicitur cuius pars nō eſt. vl'
per modū habitudis ad cōpoſita. vt dici
tur ꝙ̄ vnitas eſt pꝛincipiū numeri. etiam
vt habetur tertio de anima ſimplicia in/
telligimꝰ per cōpoſita. Ex quo patet ꝙ̄ q̄
hoc modo dr̄r vnū ſunt maxime vnū
ideo ceteri modi vnius ad iſtū modum
reducitur quia vl'r verum eſt ꝙ̄ quecūq̧
nō habent diuiſionem dr̄r vnum ſecun
dum aliquid inquantū diuiſionem non
habent. ⁊ ſꝫm illud ſicut que nō diuidun
tur in rationealis dr̄r vnum in anima/
li. ⁊ que nō diuidūtur in magnitudine vl'
menſura dr̄r vnum ſꝫm magnitudinem
ſicut cōtinua. Ex predictis patet ſufficien/
tia modoꝝ vnius ſꝫm ſe ⁊ realiter capti.
quia vnum aut eſt indiuiſibile ſimplici/
ter ⁊ ſic eſt quintus modus. aut indiuiſi/
bilis ſꝫm aliquid ⁊ hoc dupl'r. aut ſecun/
dū quātitatem tantū ⁊ ſic eſt pꝛimꝰ mo/
dus. aut ſꝫm naturā. ⁊ hoc dupliciter aut
ſꝫm naturam que eſt ſubiectum ſiue ma
teria. aut ſꝫm naturam que eſt forma. ſi
pꝛimum hoc eſt dupliciter vel tale ſubie
ctum eſt reale ſubiectum ⁊ ſic eſt ſecun/
dus modus. vel eſt ſubiectum rationis
⁊ ſic eſt tertius modus. ſi ſꝫm naturā q̄
eſt eſt forma a qua ſumit̄ ratio rei ſic eſt
quartus modus. ⁊ ſic patet de mōis q̄
bus dicitur vnū pꝛopꝛie ⁊ ſecundū ſe.
⁊ realiter dictum.

Ulterius ſciendū eſt ꝙ̄ ex p̄
dictis iſtis modis per quandā ſimilitu
dinem aliqui alij modi deriuātur ſicut
vno modo aliqua dicuntur vnum quia
faciunt aliq̄ vnū ⁊ multi homines trā/
ſcendētes nauem. Alio modo aliqua
dr̄r vnum quia vnum patiūtur. vt plu
res homines ſint vnus populus eo ꝙ̄
ab vno rege reguntur. Tertio aliqua di
cuntur vnū eo ꝙ̄ aliquid habent vnū
ſicut foſſores poſſeſſores vnius agri di
cuntur vnum in dominio. Quarto mo
do dr̄r vnū ꝓ hoc ꝙ̄ quodā modo ſunt
vnum ſicut multi homines albi di/
cuntur vnum. ſꝫ in iſtis modis non eſt
vnitas pꝛopꝛie dicta ſicut in modis pre
cedentibꝰ. vlterius addit ariſtotil'. vnū
aliū modū quo aliquid dicitur vnum
eo ꝙ̄ eſt totum vel perfectum ⁊ iſte mo/
dus reperitur in illis que nō habent ali
quam ſpeciē vnam ſicut ſunt homo ge
nea ſꝫ in ipſis ſpecies in quadam totalita
te conſiſtit requirens debitum modum
partium. ⁊ ita calceus cui de eſt ſolea nō
dicitur vnꝰ calceus. ⁊ ex hoc modo vni
tatis infert ariſtotil'. ꝙ̄ linea circularis eſt
magis vna quā recta quia nō ſolū vni
tatem continuitatis ſicut recta ſꝫ etiā to/
talitatem ⁊ perfectionē quantū habet li/
nea recta quia non poteſt fieri additio
circularis ſicut rectis.

Ulterius ſciendū eſt ꝙ̄ poſt
iſtos modos vnius ariſtotil'. ponit quā
dam pꝛopꝛietatem vnius dīs ꝙ̄ rō vni/
us in hoc conſiſtit ꝙ̄ ſit pꝛincipium ali/
cuius numeri ꝙ̄ ſic pꝛobat quia vnū eſt
pꝛima menſura numeri. quia omnis nu
merus numerat̄. menſura aūt habet rati
onem pꝛincipij quia per menſuram res
mēſurata cognoſcit̄. res aūt cognoſcit̄ ꝑ
ſua pꝛincipia pꝛopꝛia. igitur vnum habꝫ
rationem pꝛincipij circa quodlibet genꝰ.

Notat tñ textus ꝙ vnū ꝙ eſt principium cognoſcēdi ⁊ eſſendi nō eſt idem in oibus generibus. ymmo in diuerſis ē diuerſum vt exēplificat textus ꝙ dr̄ quarto huius ꝙ in quolibet genere eſt vnū primū ꝙ oportet eſſe numerū ⁊ indiuiſibile ad hoc ꝙ ſit metrū ⁊ menſura omnium illoꝝ que ſunt illi⁹ generis ⁊ circa iſtaʒ proprietatem generis.

Sciendū eſt ꝙ circa propriam menſurā eſt propria rō vni⁹ ſm ꝙ ē principiū numeri ⁊ nō eſt ideʒ cū vno ꝙ cōuertitur cū ente vt in quarto dictū eſt rō enim vni⁹ ꝙ conuertit̄ cū ente in ſola indiuiſione cōſiſtit. rō aūt vni⁹ ꝙ eſt principiū numeri in menſuratione ſʒ tñ hec rō menſure licet primo conueniat vni ꝙ eſt principiū numeri tñ per quādā ſimilitudinem deriuat̄ ad vnū in alijs generib⁹ vt decio hui⁹ patet. ⁊ iſta rō mēſure vni ꝙ cōuertitur cū ente etiā conuenit.

Alterius eſt ſciēduʒ ꝙ vnū ſm ſe dictū ⁊ large acceptum diuidit̄ in vnū numero ⁊ in vnū ſpē ⁊ vnū genere ⁊ vnū analogia. numero dicitur vnū quorū mā ē vna. ſpecie quoꝝ rō eſt vna. genere quoꝝ eadem eſt forma ꝑdicationis analogia ſeu ꝓportione quecūqʒ ſe habēt ad aliquid aliud ⁊ facile eſt hui⁹ diuiſionis aſſignare ſufficientiā vt habet textus in iſtis modis poſteriores includūt ꝑcedentes. nā quecūqʒ ſunt vnū numero ſunt vnū ſpē genere ⁊ analogia ſʒ non ecōtra ⁊ que ſunt vnū genere ſunt vnum analogia ſʒ nō ecōtra. ⁊ ſic patet de modis vnius ⁊ finaliter vt habet text⁹ per oppoſitum ad modos vnius debēt ſumi modi multoꝝ quia tot modis dicitur vnuʒ oppoſitoꝝ ꝙ modis ⁊ reliquum.

Sit hec cōcluſio reſponſalis illa que ſunt vnū quinto modo maxie ſunt vnū patet qꝛ in ipis eſt maxime indiuiſibilitas igit̄ ⁊ maxie vnitas. qꝛ vt habʒ textus pūctus ſe habet ad vnū ſicut ad eſſe indiuiſibile vnde in primo modo ꝙuis cōtinuū ſit indiuiſuʒ actu poteſt tñ diuidi ⁊ ſic eſt multa in potentia q̄ ſunt vnū ſecundū materiā diuidūtur ſm formas. ⁊ que ſunt vnū genere dr̄nt ſpē. ⁊ que ſunt vnū q̄rto modo. ſ. rōe adhuc qđlibet eorū in ſuo intellectu diuiſionē habet pro quāto diffinitio eius cōſtituit̄ ex diuerſis principijs vt ex genere ⁊ dr̄a vel mā ⁊ forma quorū neutruʒ eſt de intellectu alteri⁹. ſʒ in quinto modo eſt omnimoda indiuiſibilitas q̄a neqʒ ſm temp⁹. neqʒ ſm locū. neqʒ ſm rationem ibi reperitur ſeparatio ⁊ ꝑ hoc patet ſolutio ad ſecundam rationem.

Ad illā rationem dicit̄ ꝙ ad hoc ꝙ arguit̄ de prima cauſa dr̄ ꝙ tales cōceptus nō ponūt cōpoſitioneʒ in re ipſa. ſʒ ſolū in modo cōcipiendi de generaliſſimis dictū eſt ꝙ proprie nō habēt diffinitionē. ſcḋa ſoluta eſt. ſequitur textus. Ens dicitur hoc idem.

Queritur quinto vtrum diuiſiones entis ⁊ ſubſtātie cōpoſite in textu ſint ſufficientes. Arguit̄ primo ꝙ nō de diuiſionib⁹ entis qꝛ due coīcidunt. ſ. illa q̄ dr̄ ens in ens ſm ſe ⁊ in ens ſm accidens ⁊ illa qua dr̄ ens in ſubſtantiam ⁊ accidens qꝛ vt videt̄ illud eſt ens ſm ſe ꝙ ſubſtātia ⁊ ens ſm accidēs ꝙ accidēs igitur. Scḋo arguit̄ cōtra diuiſionem qua dr̄ ens i ens in aīa ⁊ in ens extra animā qꝛ ens in aīa ſe extendit ad nō entia igit̄ illa diuiſio nō eſt ſufficiens. ſimiliter ens in potētia ⁊ nō ēs vt potētia albū ē albū igit̄ diuiſio entis in actū ⁊ potentia eſt inſufficiens qꝛ diuiſuʒ dʒ verificari de quolibet diuidentiū. Deinde arguit̄ contra diuiſionē ſubſtātie qꝛ quart⁹ modus coīcidit cū ſcḋo eo ꝙ rei q̄dditas eſt cauſa eſſendi rei. Itē materia eſt ſubſtātia et tñ nō cōprehendit̄ in aliquo modoꝝ ſubſtantie. Ad oppoſitū eſt ph̄us in textu ꝑmo videbit̄ de modis entis. ſcḋo de modis ſubſtantie.

Pro primo ſciendum eſt ꝙ in textu ens diuidit̄ in ens ſm ſe. ⁊ in ens ſm accidēs. vnde eſt aduertendū ꝙ hec diuiſio entis nō eſt eadem q̄ diuidit̄ ens in ſubſtantiā ⁊ accidens ꝙ ex hoc patʒ qꝛ ariſtotil' primo modo ens ſecundum ſe diuidit in decē predicamenta. quorū nouem ſunt de genere accidentis.

Pro ſolutione igit̃ prime rõis ante op/ poſitũ eſt aduertendũ q2 ens dr̃ ſubſtan tia ⁊ accidens ſm abſolutã entiũ cõſide rationẽ. ſicut albedo in ſe cõſiderata dici tur accñs. ſ3 prout ſumit̃ accidẽs per cõ/ parationẽ accidẽtis ad ſubſtantiã q̃ qui dem cõparatio explicat̃ p cõpoſitionem cuius eſt nota hoc verbũ eſt vt cũ dr̃ ho/ mo eſt albus hoc totũ homo eſt alb⁹ eſt ens ſm accidens ⁊ ſic ens ſm accidẽs ac cipit̃ ſm ꝙ aliqd̃ p̃dicat̃ p ſe vel per ac/ cidẽs d̃ aliquo. diuiſio vero entis in ſub ſtantiã ⁊ accñs attendit̃ ſm ꝙ aliquid in natura ſua abſolute cõſiderata eſt ſubſtã tia vel accidens.

**Secundo ſciendum eſt ꝙ in** textu ſubdiuidit̃ ẽs ſm accñs i tres mo dos. Primus eſt qñ accidens d̃ accidẽ te p̃dicatur vt iuſtũ eſt muſicũ. Scd̃s eſt qñdo accidẽs ponit̃ d̃ ſubiecto vt ho mo eſt iuſt⁹. Terti⁹ eſt qñ ſubiectũ pre dicatur de accidente. vt muſicum eſt ho/ mo. ⁊ circa iſtos modos eſſendi ⁊ predi candi per accidẽs dicit phus ꝙ dicẽdo homo eſt homo nihil aliud deſignat̃ q̃ homo accidit hõi ſ3 in primo mõ non de bet intelligi ꝙ accidẽs accidẽti accidat ſ3 ꝙ ambo eidẽ ſubiecto accidũt ſiue acci/ dens poſitũ apte p̃dicati accidit ſubiec/ to accidentis poſiti in ſubiecto. ſed in ſe/ cundo mõ p̃dicatũ accidit ſubiecto. ſ3 in tertio mõ p̃dicatũ eſt cui accidit ſubiectũ

**Sciendu3 tertio ꝙ ens ſecũ** dũ ſe ꝙ ẽ ens pfectũ ⁊ extra aĩam exiſtẽs diuidit̃ in decẽ p̃dicamẽta. ideo dicit tex t⁹ tot mõis dr̃ ens ſm ſe quot modis cõ tigit figurã p̃dicationis variari. ideo q2 modus p̃dicandi ſumit̃ a modo eſſendi ideo in omni p̃dicatione ſignificat̃ aliqd̃ ẽ aut ſimpliciter aut ſm quid n̄c eſt inſtã/ tia vt dicit text⁹ de enũtiationib⁹ in quib⁹ nõ ponit̃ hoc verbũ eſt vt cu3 dr̃ homo currit q2 in omni alio verbo clauditur hoc verbũ eſt ⁊ ita in omni enũtiatione ſigni ficat̃ aliquid eſſe vel ſimpliciter vel ſecun dũ qd̃. nihil eñi dr̃t dr̃e homo eſt currens ⁊ homo currit. ideo quociẽs aliqd̃ dicit̃ id eſt p̃dicatur tociẽs eſt ſignificat. ſuffiti/ entia aũt p̃dicamentoꝝ ſatis habetur in

loica ⁊ phiſica et eã3 reſumit ſanctus tho mas in hoc paſſu.

**Et eſt aduertendu m ꝙ enu** merando p̃dicamẽta ꝑtermittit ſitum ⁊ habitũ. ⁊ hoc facit vel ꝑpter breuitatẽ vel forſan propter entitatis puritatẽ illoꝝ du oꝝ quã nos latet. ideo ſolũ ea enumera/ uit ſub hoc cõi ꝙ eſt ens ſm ſe nõ noiã do ea ſp̃aliter. ſ3 q2 liber p̃dicamẽtoꝝ ſp̃ã liter ordinat̃ ad tractandũ de p̃dicamen/ tis. ideo ibide3 ſigillati3 ⁊ ſpecialiter enu/ meratur vnumquodq3.

**Ulterius ſciendũ eſt quarto** ꝙ preter modos entium iã dctõs phus aliũ modũ ponit qd̃ dr̃ ens in aĩa. ⁊ per ens ſignificat veritatẽ cõpoſitiõis quã fa cit intellect⁹ intelligendo vnũ in habitu dine ad reliqũ vt diuiſu3 ab eo aut idem ſibi ⁊ per oppoſitũ nõ ens ſignificat ide3 qd̃ falſum ⁊ iſte mod⁹ entiũ reperit̃ tam in affirmationib⁹ q̃ in negationib⁹ quaꝝ rũ aliq̃ quãdoq3 ſunt vere ⁊ qñq3 falſe et cõperatur iſte modus entis ad primu3 qui eſt ens extra aĩam ſicut elect⁹ ad cau ſam. Ex hoc eñi ꝙ aliquid eſt in rerũ na tura aut nõ eſt ſequit̃ veritas vel falſitas in cõpoſitione vel diuiſione ſignificata p hoc verbũ eſt prout eſt verbalis copula. Et ideo eſt aduertẽdu3 ꝙ ens hoc modo dictũ nõ cauſat̃ a re extra animã exiſten/ te nã aliquid ꝙ eſt in ſe nõ ens vt ſunt ne gationes priuationes ⁊ figmẽta. intellec/ tus cõſiderat vt qd̃ ens du3 format aliq̃ ꝓpoſitionẽ cõpoſitã ex tali nõ ente. ⁊ ita hoc mõ aliquid dr̃ eſſe ens ꝙ tñ non ha/ bet aliqd̃ eſſe in rebus extra aĩam exiſten tibus. ⁊ hec diõ entium in ens in anima ⁊ in ens extra aĩam magis larga eſt qua ſi diuiſio ent̃s in ens ſm ſe ⁊ in ens ſecũ dum accidens.

**Ulterius ſciendũ eſt ꝙ ens** etiã diuidit̃ p actũ ⁊ potentiã ⁊ hec diui/ ſio entis in quolibet p̃dicamẽto reperit̃ q2 in quolib3 dr̃ aliquid ſm actũ ⁊ aliqd̃ ſm potentiã. reperit̃ etiam iſta diuiſio in entibus rõis vt in priuationib⁹ vt aliqd̃ dicitur quieſcere ſm actũ ⁊ aliquid ſcd̃m potentia3. ⁊ ſic iſta diuiſio ambit oẽ ens ⁊ omne gen⁹ entis. ſ3 determinare de en

te in potentia ⁊ in actu ad nonū librum
ptinet in quo tractat̃ de diuiſione entiū ꝑ
actum ⁊ potentiam.

**Tunc ſit cōcluſio· diuiſiōes**
entis in textu poſite ſunt ſufficientes pa//
tet· qꝛ cōpꝛhendūt oēm modū entium
nec vna coincidit cum alia igit̃. quaꝝ di
uiſionū vna eſt in ens ſm ſe. ⁊ in ens ſm
accidēs. ſcda eſt entis ſm accidēs in tres
modos. tertia eſt entis ſm qꝫ eſt ꝑfectuꝫ
⁊ extra animaꝫ exiſtens in decem ꝑdica//
mēta. Quarta eſt ens in aīa ⁊ i ens extra
aīam. Quinta eſt in ens in actu ⁊ ens in
potentia ⁊ hec de pꝛimo articulo.

**Quantū ad ſecunduꝫ ſcien/**
dum eſt pꝛimo. qꝫ q̄uis ſit pꝛius determina
tum tā de vno q̄ de ente propter cauſam
dictā. ⁊ pꝛius intēdit phus ꝓpter eandē
cauſam determinare de ꝑtibus vnius q̄
entis nichilominꝰ pꝛius tractat d̄ ſubſtā
tia ⁊ modis eius. licet ſit pars entis quā
tractat de partibus vniꝰ. Cuiꝰ rō eſt du//
plex vna ē iaꝫ dicta qꝛ ſubſtātia ⁊ ſi non
habeat rationē ſubiecti cōis habꝫ tñ ratō
nem pꝛincipalis. ideo ſtatiꝫ poſt modos
vnius ⁊ entis ponit modos ſubſtātie. a
lia cauſa poteſt dici qꝛ vnicū eſt ꝑdicamē
tum ſubſtātie. ⁊ ſic nō eſt de accidēte ⁊ iō
qꝛ facilius eſt enumerare modos ſubſtā
tie q̄ accidentis pꝛius ſe expedit de ſub//
ſtātia ⁊ modis eiꝰ q̄ tractat de ꝑtibꝰ vniꝰ

**Sciendū ſecūdo· qꝫ ſubſtā/**
tia ī textu diuidit̃ ī q̄ttuoꝛ modos. quoꝝ
tñ tertiꝰ veritatē nō habet. ſꝫ ſolum illum
ponit ariſtotil̄. ſm oppinionē phoꝝ quaꝫ
nondū repꝛobat. Pꝛimo ergo ſubſtātia
⁊ pꝛincipaliter dr̃ illud qꝫ nō eſt in ſubiec
to nec de ſubiecto dr̃. vt ſunt pꝛime ſub//
ſtantie ⁊ ꝑtes integrales ipaꝝ de quibus
oībus textꝰ exēplificat. ⁊ inter exemplar po
nit demonia. et hoc ſm oppinionē ponē
tiū deos eſſe aīalia rationabilia quos ſic
diffiniebant qꝫ ſunt aīalia coꝛpoꝛa aerea
aīa paſſiua mēte rationabilia tēpoꝛe eter
na. Scdo modo dr̃ ſubſtātia illud qꝫ
eſt cauſa eſſendi pꝛime ſubſtātie ⁊ ſibi in
exiſtens ⁊ hoc mō foꝛma partis ſubſtan
tia dicit̃. ⁊ dicit̃ in exiſtens ad remouendū
illud qꝫ eſt eſſendi cauſa vt efficiens.
Tertio mō dr̃ ſubſtātia q̄cūqꝫ ꝑticula ex
iſtēs in ſubſtātia pꝛimo mō capta termi
nās ipaꝫ. ⁊ hoc aliqd ſignificās ſine quo
eſſe nō poteſt ſubſtantia pꝛimo mō dicta
⁊ iſto mō ſm platonicos ⁊ pitagoꝛicos
numeri puncta. ſuperficies ⁊ linee di//
cūtur ſubſtātia reꝝ ⁊ ꝓceſſit erroꝛ iſte quā
tū ad numeros qꝛ nō diſtinguebāt inter
vnū qꝫ cōuertit̃ cū ente. ⁊ vnū qꝫ eſt pꝛin//
cipiū numeri. ſꝫ quātuꝫ ad dimēſiones er
roꝛ ꝓceſſit qꝛ nō diſtinguebant inter coꝛ//
pus de genere ſubſtātie ⁊ coꝛpꝰ de gene//
ra quātitatis. Quarto mō dr̃ ſubſtan
tia ipa rei q̄dditas. q̄ ſignificat diffinitio
reꝝ ⁊ dr̃ iſte modꝰ a ſecūdo qꝛ in iſto dr̃
ſubſtātia foꝛma totiꝰ que includit omnia
pꝛīcipia eſſentialia rei que cōperant̃ ad ip
ſum cōpoſitū qđ ſignificat̃ vt habens ta
lem foꝛmā tanq̄ foꝛma ⁊ eius ſubſtātia.
ſꝫ ſcdo mō dr̃ foꝛma ꝑtis ſubſtātia q̄ ad
materiā cōparat̃ vt faciens ens in actu.

**Alterius eſt ſciendū· qꝫ vt**
habet textus oēs modi ſubſtātie ad du//
os poſſunt reduci. ſ. ad pꝛimū in quo di//
cit̃ ſubſtātia eſt illud quod vltimo ſubi//
citur in ꝓpoſitionibꝰ ita qꝫ de alio āpliꝰ
nō pꝛobat̃ ⁊ hoc eſt aliquid per ſe ſubſi//
ſtens qꝫ eſt ſeꝑabile ⁊ ab oībus diſtinctū
⁊ nō cōicabile. ⁊ quantum ad hec tria dif
fert ſubſtantia vlis a ꝑticulari· pꝛimo qꝛ
ſubſtātia particularis nō pꝛedicatur de a
liquo inferioꝛi ſicut vlis. Scdo qꝫ ſubſtā
tia vlis nō ſubſiſtit. niſi in rōe ſingularis
q̄ ꝑ ſe et pꝛimo ſubſiſtit. Tertio qꝛ ſubſtā
tia vlis ē in mltis nō aūt ſingularis. ſꝫ ē
ab oībus ſeperabilis ⁊ diſticta. pōt etiaꝫ
dari ſcdus modus ſubſtātie in quo con//
ueniunt quartꝰ ⁊ ſcdus vt dr̃ ſubſtātia il
lud qꝫ eſt eſſe rei cauſa ⁊ intrīſicū pꝛincipi
uꝫ. ⁊ hoc mō cōuenit eſſentie ſeu q̄dditati
rei ⁊ etiā foꝛme ꝑtis que dicunt̃ ſubſtan//
tie ſꝫ drñt· vt viſum eſt. ⁊ in hac reductiōe
ꝑtermittit ariſtotil̄. 3m modū qꝛ veritatē
nō cōtinet qꝛ nō eſt ſubſtātia actu. pōt ta
men intelligi in pꝛimo mō. qꝛ ſubſtātia
particularis in rebus materialibꝰ nō ha
bet qꝫ ſit ſubiectū ⁊ qꝫ ſit indiuiduuꝫ niſi
ex materia ſignificata q̄titate. ſit igit̃ alia

cõclusio pro secõo pũcto. diuisio substãtie est sufficiens patet p ea que dicta sunt ra tiones soluũtur ex dictis. sequitur textus Eadem vero dicunt⁊c.

Queritur sexto. vtrũ diuisio nes vnius eiusdẽ ⁊ diuersi differentis et similis ⁊ dissimilis oppositi contrarij di uersoꝝ spẽ ⁊ eorundez spẽ sint sufficienter posite. Arguit̃ ꝙ nõ qꝛ vnũ ⁊ idẽ sunt idẽ inter se igit̃ positis mois vni⁹ supflue repetũtur modi eiusdẽ. Secõo sic diuer sum ⁊ drñs idem sunt igit̃ sufficit alteruz distinguere. Tertio sic nihil est qõ in p ma causaꝝ nõ existat ⁊ sic q̃dditas sortis est in prima causa ⁊ per cõsequens si mo di similes essent bene assignati prima cau sa esset similis sorti. Quarto sic de mo dis oppositiois cõtrarietatis ⁊ deuerso ruz spẽ est habitus in loyca igit̃ non sunt hic repetẽdi. Ad oppositũ est auctoritas philosophi.

Pro responsione sciendum est primo. ꝙ postꝙ pbus distinguit no mina significãtia ptes substãtie cõseque ter distinguit noĩa que significãt ptes vni us. ⁊ entis. ⁊ primo illa que significãt p tes vni⁹ propter causaz prius dictã ꝭ du plices sint ptes vni⁹ q̃daz sunt primarie alie secũdarie. Primarie sunt vnũ in sub stantia ꝙ dr̃ idez. vnũ in qualitate ꝙ dr̃ simile. ⁊ vnũ in quãtitate ꝙ dr̃ equale vn de primo distinguit istas primarias par tes tñ nõ facit mentionẽ de equali nec de suo opposito. s. ĩ equali qꝛ eoꝝ multiplici tas satis est manifesta. ⁊ qꝛ hec sciã non dum habet cõsiderare vnũ ⁊ partes ⁊ p prietates vnius vt habet̃ in quarto. ꝭ eti am habet cõsiderare mltitudinẽ que vni oppõit̃ ⁊ ptes siue modos multitudis ⁊ proprietates eius. ideo aristotil. distig uit ista noĩa diuersum ꝙ opponit̃ eidem drñs qõ est spẽs diuersi sic etiã oppositũ ⁊ cõtrariũ que sunt secũdarie ptes multi tudinis ⁊ pluritatis cõtente sub diuerso ⁊ differenti q̃ sunt contrarie ptes. ⁊ qꝛ cõ traria drñt spẽ. ideo oñdit quot modis aliq̃ dr̃ specie diuersa. ⁊ ex aduerso quot modis dr̃ eadez spẽ. ⁊ qꝛ pri⁹ ⁊ posteri⁹ quodam modo cõsecunt̃ rõez vni⁹ eo ꝙ vnũ eẽ est pricipiũ esse. pricipiũ aũt imp tat ordinẽ. ideo etiã agit de modis prio rum ⁊ posterioꝝ de quib⁹ patebit in q̃sti one sequẽti ⁊ sic patet ordo et causa cõsi derationis ⁊ numer⁹ illoꝝ noim que sig nificãt ptes vni⁹ aut multitudinis de q̃ bus nominib⁹ videdũ est ꝺ quolibꝫ sub breuibus in pñti questione ⁊ primo de modis eiusdem.

Pro quo sciendũ est. ꝙ idẽ dr̃ dupliciter quẽadmodũ ⁊ vnũ nã idẽ sup vnum nõ addit n̄ si relationẽ. dicit̃ igitur idem ꝭm accidẽs ⁊ idez ꝭm se. idẽ ꝭm accidẽns dr̃ tribus modis sicut vnũ ꝭm accidens. s. cũ accidẽs de accidẽte p dicatur. secũs est cũ accidẽs de subiecto p dicatur. Terti⁹ est cũ subiectũ de acci dente p̃dicatur qõ enim de aliquo p̃di catur significatur idẽ esse ipi. ꝭ cũ p̃dica tum nõ potest dici de subiecto vlr tũc est sibi idem ꝭm accidẽs vt dicit textus. naz accñs p̃mo ⁊ simpliciter in ẽ singularib⁹ que nõ recipiũt additionẽ signi vlis ĩdo accidens nõ p̃dicatur vlr. idem vero ꝭm se tot mois dr̃ quot mois dr̃ vnũ ꝭm se. q̃ modi ad duo possunt reduci. prim⁹ ẽ ꝭm quem vnũ dr̃ quoꝝ natura est vna aut ꝭm spẽm aut ꝭm numeruz ad quem modũ reducũtur. secũs ⁊ terti⁹ modi. se cũdus est ꝭm quẽ vnum dicitur quoꝝ̃ substãtia est vna vel ratione cõtinuitatis ꝙ pertinet ad primũ modũ vel ꝓpter ra tionis vnitatẽ ꝙ ptinet ad quartum vel ad quintum.

Sciendũ est cum textu. ꝙ cũ ydemptitas sit quedam vnitas vel talis vnitas est pluriũ ꝭm esse cõuenientiuz in aliquo vno. ⁊ tũc talis vnitas vel ydẽp titas posset esse relatio realis ⁊ haberet ex trema realiter diuersa vel talis vnitas es set vni⁹ ꝭm esse quo intellect⁹ nr̃ vtitur ve lut duob⁹ cuz dicit idem sibi ipi esse idez ⁊ hec ydẽptitas nõ est relatio realis ꝭ ra tionis tñ. si enĩ hec ydemptitas esset res a causa ꝓpter illud ꝙ dr̃ esse idem etiam illa relatio cũ esset eadẽ sibi pari rõe habe ret aliã relationez que idẽ sibi esset ⁊ sic in infinitũ. ꝭ nõ ẽ possibile in reb⁹ ꝓcedere in infinitũ. ꝭ in hijs que sunt ꝭm intellec

tuꝫ nihil prohibet. nā intellectus reflex⁹
ſupra ſuū actum intelligit ſe intelligere ⁊
hunc actū quo intelligit ſe intelligere po
teſt iterū intelligere ⁊ ſic in infinitum.

**Tertio ſciēduꝫ eſt· ꝙ diuer**
ſum tripliciter dr̄. Primomō aliqua
dn̄r diuerſa quoꝝ ſpēs ſunt plures ſicut
aſinus ⁊ bos. Scdomō dn̄r aliqua
aliqua diuerſa que dicuntur ſcdm̄ mate
riam, vt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei.
Tertiomō aliqua dn̄r diuerſa quecū//
ꝗ habent rōem ſubſtantie .i. diffinitionē
diuerſaꝫ. quedā enim poſſunt eſſe idē nu
mero que ratione diuerſa ſunt. vt ſortes
⁊ albedo eius. ⁊ qꝛ plures modi diuerſi//
tatis accipi poſſunt vt qḋ dicatur diuer//
ſum genere aut diuerſuꝫ ꝓpter continui
diuiſionē. ideo ſubiūgit textus ꝙ cū di//
uerſuꝫ eidem opponaꝛ ideo cuilibet mō
eiuſdem opponiꝛ aliquis modus diuer
ſi ⁊ ſic eſt facile magis ꝑticulariter enu//
merare modos diuerſi per oppoſitū ad
modos eiuſdem. poſſunt tn̄ omēs redu
ci ad tres modos predictos.

**Sciēduꝫ eſt quarto ·ꝙ tri·**
bus modis dr̄ drn̄s. Prim⁹ modus eſt
quo quecūꝗ diuerſa, eadem tn̄ entia vel
numero vel ſpē vel genere vel ꝓportione
differre dn̄r ⁊ iſte eſt propri⁹ modus diffe
rentis. vnde patet ꝙ oē differēs eſt diuer
ſum ſ; nō ecōtra. nā illa que in nullo con
ueniūt nō ꝓprie dicūtur drā qꝛ non drn̄t
aliquo, alio a ſe ipſis que tn̄ ſunt diuerſa.
Scdus modus eſt quo drn̄s cōmu//
niter ſumiꝛ pro diuerſo ⁊ ſic drā dn̄r etiā
illa que habēt diuerſuꝫ genus ⁊ in nullo
cōicant. ⁊ circa modū differētis dicit tex
tus ꝙ qꝛ cōuenientia in ſpē ſolū differunt
per accidentales drās. que vero genere
cōueniunt drn̄ter formalibus drījs ideo
iſta ꝓpriiſſime dn̄r drā que ſunt eadeꝫ ge
nere ⁊ diuerſa ſpē ⁊ iſta oīa vel ſunt con//
traria vel in ſua ratione habēt cōtrarieta
tem. nā omne gen⁹ diuidiꝛ in cōtrarias
drās licet nō ſemꝑ in contrarias ſpēs vt
ſpēs alis nō ſunt contrarie ſ; bene inclu//
dunt in ſua ratione cōtrarietatem drarū
contrariaꝝ. ſ; tamē ſpecies coloris ꝗ dre
ſūet contrarie.

**Sciēduꝫ eſt quinto·ꝙ ſimi**
le dr̄ tribus modis ⁊ magis ſimile duo//
bus modis. vnde qꝛ vnū in qualitate fa
cit ſimile ⁊ paſſio eſt affinis qualitati q̇a
maxīe attendiꝛ paſſio immutatione q̄li
tatis que eſt alteratio ideo ſimilitudo nō
ſolū accipiꝛ ſm̄ cōuenientiā in qualitate
ſ; etiā ſm̄ ꝙ eſt cōuenientia in paſſione.
Primomō ergo dicūtur ſimilia quecun
ꝗ eadem paſſione ſm̄ ſpēm paciūtur vt
duo febricitantes. Scdomō dn̄r ſimi
lia quecūꝗ patiūtur etiā ſi paſſiones eoꝝ
ſpē differant. ⁊ hec ſimilitudo fundaꝛ ſu//
per vnitate paſſionis ſm̄ genus vt ſortes
verberatus ⁊ plō incarceratus dicerētur
ſimiles. Tertiomō dn̄r ſimilia quorū
eſt qualitas vna ⁊ hoc mō diffinit boeti⁹
ſimilitudinē. ꝙ eſt reꝝ differentiū eadem
qualitatis. vt duo alba ſimilia dn̄r. Sed
magis ſimile. vnomō dr̄ ꝙ ſm̄ plures q̄
litates alteri aſſimilaꝛ. vt duo habētia ca
ritatem ⁊ claritatem magis ſimilia dice//
rentur ꝗ ſi vna qualitate ſolū cōuenirent
Alio mō dr̄ aliquid magis ſimile quan
do cōuenit in alio in qualitate magis ſi//
bi naturali. vt aer cōueniens cū igne in ca
liditate ē magis ſibi ſimilis quaꝫ terra q̄
cōuenit cū igne in ſiccitate. qꝛ calor ē ma
gis naturalis qualitas igni ꝗ ſiccitas. et
per oppoſitū ad iſtos modos ſimilitu//
dinis faciliter acciperentur modi diſſimi
litudinis.

**Sciēduꝫ eſt ſexto· ꝙ oppo·**
ſita q̄ttuor modis dn̄r. ſ. contradictoria.
cōtraria priuatiā ⁊ relatiā. ⁊ de hoc ſatis
habitū eſt in poſt ꝑdicamētis. hic tn̄ no
tat text⁹ ꝙ duob⁹ modis cognoſci po//
teſt quādo aliqua ſunt oppoſita. Pri
mus eſt per cōparationē ad motuꝫ. nā
in quolibet motu ⁊ mutatiōe terminus
a quo opponiꝛ termino ad quē. Secū
dus mod⁹ eſt per cōparationē ad ſubiec
tum. nā illa que nō poſſunt in eſſe eidem
ſuſceptibili ſimul oportet adinuicē eē op
poſita vel ſm̄ ſe ipſa vt albuꝫ ⁊ nigrū vel
ſm̄ ea ex quib⁹ ſunt. vt aſinus ⁊ homo q̄
in ſuis rōibus includūt drās oppoſitas
ſicut etiā pallidū qḋ includit nigrū op//

ponitur albo. ⁊ dictū eſt notanter eidem ſuſceptibili q2 quedā non poſſunt alicui eidē ſubiecto in eſſe ſimul nō ꝓpter oppoſitionē quā habeāt. ſ. q2 ſubiectū nō eſt ſuſceptibile vtriuſq3 ſicut albedo. ⁊ muſica nō poſſunt eidem ſubiecto in eſſe vid3 licet boui aut aſino.

Sciendū eſt ſeptimo ꝙ aliqua dñr cōtraria dupliciter. ſ. ꝓprie ⁊ primo. ⁊ īproprie vel ſcđario. Primo aliqua dicuntur contraria que nō poſſunt ſimul ad eſſe eidem. licet etiā differant ſecundū genus ſicut grauitas ⁊ mot⁹ circularis nō ſunt in eodē ſubiecto. Alio modo dicūtur aliqua cōtraria que in aliquo cōueniunt nō tñ poſſunt eidē ſuſceptibili in eſſe ſimul. cōueniūt enim contraria in aliquo. ſ. in genere ſubiecto ⁊ in eadem poteſtate. ideo ſcđm hec tria notificat ariſtot. illa que ſunt vere cōtraria dicens ꝙ illa que plurimū dñt eoꝝ q̄ ſunt in eodem genere cōtraria dicūtur ſicut album ⁊ nigrū. ſimiliter illa que plurimū dñt in eodem ſuſceptibili ſicut ſanum ⁊ egrū in animali cōtraria dñr. Iterū que plurimū in eodē ſuſceptibili dñt ſub eadem tñ poteſtate cōtenta dñr cōtraria vt cōgruū ⁊ incōgruum ſub poteſtate gramatice cōtinent. Ex hijs ſubiūgit tertius vlem rōem cōtrarioꝝ. ſ. q2 eoꝝ eſt diſtantia maxima vel ſimpliciter vel in eodem genere vel in eadem ſpē ſimpliciter. vt in motu locali extrema ſunt maxime diſtātia ſicut pūctus oriētis ⁊ occidētis q̄ ſūt extrema dyametri totius orbis in eodē genere ſicut ſpecifice dñe que diuidunt genus in eadem ſpē ſicut accidentales dñe quibus dñt indiuidua vnius ſpeciei. Et ſic patet que dñr prima cōtraria. Sʒ ſecūdario cōtraria dñr aliqua per hoc ꝙ habent habitudinē ad ea que primo ⁊ principaliter ſunt cōtria. ſ. vel qui habēt hui⁹ modi cōtraria in actu vel q2 ſunt ſuſceptibilia cōtrarioꝝ vel q2 ſunt actiua cōtrarioꝝ vel paſſiua a cōtrarijs vel q2 ſunt expulſiones vel acceptiones cōtrarioꝝ vel etiā habitus ⁊ priuationes eoꝝ. nā priuatio albi oppoſita ē priuationi nigri ſicut habitus habitui.

Octauo ſciendū eſt ꝙ quinꝗ modis poſſunt dici aliqua diuerſa ſpē. Prim⁹ eſt quādo aliqua ſunt in eodē genere ⁊ nō ſunt inuicē ſubaltērna. vt ſcientia ⁊ albedo ſub qualitate. Scđus modus eſt quādo aliqua ſunt in eodem genere ⁊ diuidunt̄ cōtra ſe inuicē per aliquā dfām ſiue ſint cōtraria ſiue nō ſicut bipes ⁊ quadrupes. Terti⁹ modus ē quādo aliqua in ſubſtātia ſua habēt cōtrarietatē ſiue ſint contraria. vt albū ⁊ nigrum ſiue nō vt homo ⁊ aſin⁹ contraria enim oportet eſſe diuerſa ſpē vel omnia vel que principaliter dicūtur eſſe cōtraria ē. Quart⁹ modus eſt quādo aliqua ſūt diuerſe ſpēs vl'ie. ⁊ ſpāliſſime in aliquo genere. vt homo ⁊ equus. magis enim ſpē differre dñr q̄ ſolū ſpē dñt ꝙ q̄ genere ⁊ ſpē dñt. Quit⁹ mod⁹ eſt qn̄do aliq̄ accñtia ſunt in eodē ſubiecto ſic quātitas ⁊ albedo ⁊ tñ dñt abinuicē eo ꝙ impoſſibile eſt plura accidētia vni⁹ ſpeciei eſſe in eodē ſubiecto. Et per oppoſitū ad iſtos modos tot modis aliqua dñr eadē ſpē Et ſic patet diffinitio modoꝝ eiuſdē in ſecundo notabili ⁊ modoꝝ diuerſi in tertio ⁊ modoꝝ dñtis in quarto. ⁊ modorum ſimil. ⁊ diſſimilis in quinto ⁊ modoꝝ oppoſiti in ſexto ⁊ modoꝝ contrarij in ſeptimo ⁊ modoꝝ diuerſoꝝ in ſpē ⁊ eorundē ſpē in vltimo. ⁊ ſic habetur diſtinctio omniū nominū que ſignificāt partes vnius aut multitudinis.

Tunc ſit hec cōcluſio diuiſiones p̄dictoꝝ nominū ſunt ſufficientes patet per ea que dicta ſunt. Rationes ante oppoſitum ſunt ſolute ex dictis. ſequitur priora ⁊ poſteriora.

Queritur ſeptimo vtrū modi prioris ⁊ poſterioris ſint ſufficienter in littera poſiti. Arguit̄ ꝙ nō in poſtpredicamētis nō ponitur niſi quīqꝫ modi prioris. hic aūt. 10. ergo hʼ ariſtotil. eſt ſuperfluus vel ibi diminut⁹. Scđo ſic dicit ariſtotil. in vnomō ꝙ ſm generationem totū eſt prius partib⁹ ⁊ ſm corruptionē partes ſunt priores toto ⁊ tñ oppoſitum vr̄ verum q2 cū ordo generationis ſit de

imperfecto ad ꝑfectū ⁊ oꝛdo coꝛruptio//
nis ecōtrario vt ꝙ ſm oꝛdinē generatio
nis . ꝑtes ſunt prioꝛes toto ⁊ oꝛdine coꝛ
ruptionis totū eſt prius ꝑtibus. Ad op
poſituꝫ eſt ariſtotil. in littera.

Pro reſponſione eſt primo
ſciendū. ꝙ qꝛ de rōe vnius eſt eſſe princi//
pium capitulo de vno ⁊ ſignificatō prio
ris deſcēdit a ſignificatione principij ⁊ ꝙ
ſignificatio prioris habet cōueniētiaꝫ cuꝫ
vno ideo hic ariſtotil. diſtinguit modoſ
prioris ⁊ poſterioris. vnde cōis rō prio//
ris eſt hec. Priꝰ eſt qd̄ alicui determina//
te principio alicuiꝰ oꝛdinis eſt ꝓpinquiꝰ
ſ determinatio talis prioris ⁊ cōſequen//
ter .i. qd̄ eſt ꝓpinquiꝰ pōt actendi multi
pliciter qꝛ pro principio determinari pōt
id qd̄ eſt principiū ſimpliciter ⁊ ſm natu
rā ſicut pater eſt principiū filij. aut qd̄ eſt
principiū ad aliquid puta quantum ad
cognitionē aut quantū ad locū aut quā
tū ad perfectionē ⁊ dignitatē. aut aliquo
aliomō ſic etiā interdū cōtingit ꝙ aliqd
in aliquo oꝛdine habeat rōem primi a//
caſu ⁊ a foꝛtuna ⁊ nō a natura ſicut in ali
qua aggregatione hominum aut in ali//
quo aceruo lapidū. generaliter tñ veruꝫ
eſt ꝙ ratio prioris ſꝑ attendit ſm ꝓpinq
tatem ad principiū determinatū in oꝛdi
ne aliquo ſiue illud principiū ſit primuꝫ
ſimpliciter aut aliquo aliomodo.

Secundo eſt ſciendū. ꝙ om
nis oꝛdo prioris ⁊ poſterioris poteſt at//
tendi ſm tria. ſ. vel ſm quātitatē vel ſm
cognitionē vel ſm naturā. ſi attendat ſm
quātitatem ſic ſm hoc poſſunt capi quat
tuoꝛ modi prioris. Primus modus
eſt prout prius dr̄ illud qd̄ eſt ꝓpinquiꝰ
alicui principio determiato in loco. ⁊ ſic
ſi centrū mundi accipiat pro primo prin
cipio oꝛdinis localis ſic terra ſm locū erit
prioꝛ aliqua. Si vero concauū celi accipi
atur pro pricipio erit euerſus oꝛdo. ⁊ iſte
modus ſubdiuidi poteſt qꝛ ꝓpinquitaſ
ad principiū in loco ꝗcquid ſit illud po//
teſt eſſe dupliciter. Vnomō ſm oꝛdineꝫ
naturalē ſicut aliqua propinquioꝛ eſt na
turaliter medio mūdi ꝙ aer. ſ aer eſt pro
pinquioꝛ naturaliter extremo. ſ. celo. alio
modo talis ꝓpinquitas poteſt eſſe a ca//
ſu vel foꝛtuna. aut etiā ab alia cā ꝙ a na
tura vt a voluntate alicuiꝰ oꝛdinātis ali
qua in aliquo loco ſicut i lapidibꝰ ſuppo
ſitis ſibi inuicē in aceruo ꝙ vnꝰ ſit ſupra
aliū hoc pōt eſſe vl a caſu vel a voluntate
alicuiꝰ ſit oꝛdinātis. ⁊ ſi primꝰ vno oꝛdi
ne dicatur prioꝛ alio oꝛdine infimꝰ dicer
prioꝛ ſm principium in tali ſuppoſitione
diuerſimode poteſt variari ⁊ iſte modus
ſumitur ſm quātitatē permanentem.
Scd̄us modus eſt quo aliquid dr̄ priꝰ
ſm tempꝰ. ⁊ iſte modꝰ ſic diuidit qꝛ hoc
poteſt attendi vel in ꝑterito vel in futuro
Si in ꝑterito illud dr̄ prius qd̄ eſt remo
tius a p̄ñti nūc. ſi in futuro illud eſt prius
qd̄ eſt propinquiꝰ p̄ñti nūc qd̄ quidē pre
ſens nūc accipit vt primū principiū in tē
poꝛe. Tertius modꝰ eſt quo aliquid
dr̄ prius altero in motu ⁊ hoc modo dr̄
Queritur ſexto. Utrum eq̃le opponaſ magno ⁊ paruo. Arguiſ ꝙ ſic ratõibus. tex. primo q̃a hac dictõe vtrũ non vtimur niſi in oppoſitis. vt ſi q̃ratur vtruz hoc ſit albũ vel nigruz. non autem queriſ vtrum hoc ſit homo vel albũ. niſi hac ſuppoſitõne q2 idem non ſit homo ⁊ albũ. Et hac dictõe vtimur in eq̃li magno ⁊ paruo. Secũdo ſic ineq̃le eſt contrariũ equali ſ3 ineq̃le eſt cõmune magno ⁊ paruo. ergo equale cõtrariatur magno ⁊ paruo. Tertio inequale attribuiſ dualitati ⁊ nũero pari ſm pictagoraz. ſ3 ineq̃le opponiſ equali ergo idez opponiſ duobus. In oppoſitũ arguiſ ratõibus. textus prima magnũ ⁊ paruũ ſunt cõtraria ſi igiſ equale eſt contrariũ magno ⁊ pũo vnũ erit contrariũ duob⁹ quod ſuperius imꝓbatum eſt q2 tantũ vnuz vni eſt cõtrariũ. Secũda ratio. non eſt cõtrarietas medij ad extrema eo ꝙ cõtrarietas ẽ ꝑfecta diſtãtia que non eſt medij ad extrema ſed extremi ad extremum. ſed equale mediat inter magnuz ⁊ paruuz ergo eis non contrariatur. Pro reſponſione eſt primo

Sciendum ꝙ magnuz ⁊ pũuz dupliciter accipiunſ. Uno mõ abſolute prout magnũ eſt habẽs magnitudinem vel quãtitatez cõtinuaz ⁊ ſic magnũ non opponiſ equali. ſ3 magnũ poteſt eſſe eq̃le Alio modo capitur comparatiue prout magnũ idez eſt ꝙ maius. ⁊ pũũ idem eſt ꝙ minus. ſm ꝙ alteri comparaſ. ⁊ excedẽs in quãtitate diciſ magnũ ⁊ exceſſum diciſ paruũ ⁊ ſic equale habz oppoſitõez ad magnum ⁊ paruum.

Prima concluſio. equale ⁊ inequale inter ſe opponunſ cõtrarie ſed quodlibz illoꝝ opponiſ ralatiue ad ſuũ correlatiuũ vt eq̃le eq̃li. ineq̃le inequali

Secunda concluſio. equale non cõtrariatur magno ⁊ paruo. ptz per rationes poſt oppoſitum.

Tertia concluſio. equale priuatiue opponiſ pũo ⁊ magno. probatur q̃a equale eſt quod non eſt maius neq3 minus ⁊ tñ ipm eſt natũ eſſe maius aut min⁹. ſ3 negatio in ſubiecto apto nato eſt priuatio. ergo equale priuatiue opponiſ

illud. vnum enim dicit quod eſt ſic vnuȝ ꝙ nõ illud. vnũ enīȝ eſt ens in ſe indiuiſũ ⁊ ab omni alio diuiſum ⁊ multitudo ſibi oppoſita eſt tranſcẽdens ⁊ cauſatur ex di// uiſione ſecũdum cõtradictioneȝ. Aliud eſt vnum quod eſt principium numeri ⁊ tale ſoluȝ eſt in genere quãtitatis ⁊ addit ſupra ens rationeȝ menſure ⁊ tale vnum priuat diuiſionem quãtitatis continue ⁊ multitudo ſibi oppoſita eſt ſolum in ge// nere quãtitatis queſtio poteſt intelligi de vno vtroqȝ modo dicto ⁊ de multitudiẽ ſibi oppoſita. ex p̃dictis ptȝ ꝙ vnũ ⁊ mľ// titudo opponũtur ſicut diuiſibile ⁊ indi// uiſibile. nam vnũ eſt indiuiſibile. aut nõ actu diuiſum. ſed ratio multitudinis eſt ꝙ ea que ſunt multa aut ſunt actu diuiſa aut diuiſibilia. Nam ea que ſũt actu diui ſa ſunt actu multa ſed ea que ſunt diuiſi// bilia ſunt multa potentia.

**Concluſio vnũ ⁊ multa non** opponũtur contradictorie priuatiue vel relatiue. primo non cõtradictorie. ptȝ q̃a vnum cõtradictoriorũ verificatur de ente ⁊ reliquũ de non ente ſed vnum ⁊ multa verificanť de ente ⁊ non de non ente quia non ens non eſt vnum nec multa. Secũ// do non opponũtur priuatiue qȝ licȝ vnuȝ videať importare priuatõem non tamen importat priuatõem puraȝ ſed dicit ali// quam naturam poſitiuam. Nam vnum non ſolum dicit indiuiſionem. ſed etiam dicit ens indiuiſum. Similiter autem eſt de contrarijs nam licȝ vnũ ſe habeat per modũ priuatõis reſpectu alteri⁹ vtruqȝ tamen dicit naturaȝ aliquam poſitiuam aloquin non ponerẽtur ſub genere par// ticipantia naturam ſui generis. Tertio non opponuntur relatiue quia vnum ⁊ multa dicuntur abſoluta. Quo ad ſecũ// dum vbi videnduȝ eſt de cõſequentibus ad vnum ⁊ multitudinem. Eſt ſciendũ ꝙ tria ſunt cõſequẽtia. idem. equale. ⁊ ſi// mile. idem eſt vnuȝ in ſubſtantia. equale vnũ in quãtitate. Simile vnũ in q̃litate ⁊ oppoſita illorũ cõſequũtur mľtitudiẽȝ

**Primo ſciendũ. ꝙ idem di**citur tribus mõis. Primo modo aliqua dicũtur eadem ſecũduȝ ſuppoſita tãtuȝ ſiue ſecũdum ſubiectuȝ vt album ⁊ mu// ſicum ſi ſunt in eodem ſubiecto vt in ſorte ⁊ hec dicuntur eadem numero. Secun// do modo aliqua dicũtur eadeȝ ſecũduȝ ſpeciem vel eſſentiaȝ ⁊ non ſecũdum ſup// poſitũ vt ſortes vel plato. Tertio modo aliqua dicuntur eadem vtroqȝ modo. ſ. ſecundum ſpeciem ⁊ ſecundum ſubiectũ ⁊ hoc modo ſortes eſt idem ſibi ipſi.

**Secundo ſciendũȝ ꝙ ſimile** dicit tribus modis. Primo modo ali// qua dicuntur ſimilia que conueniunt in eodem ſecũduȝ ſpẽm vt trigonus equa// liuȝ angulorũ dicetur ſimilis tetragono quia habet ſimilitudiẽȝ in equalitate an// gulorũ. Alio modo dicũtur ſimilia que cõueniunt in aliqua eadẽ qualitate ſuſci piente magis ⁊ minus ⁊ in eodem gra// du vt duo homines albi dicũtur ſimiles Tertio modo dicũtur ſimilia que parti// cipant aliquam qualitateȝ ſecũduȝ ma// gis ⁊ min⁹ ⁊ conueniunt in illa qualitate ſecũdum ſpecieȝ vt magis album ⁊ mi// nus album dicuntur ſimilia. Quarto dicuntur ſimilia que conueniunt in plu// ribus qualitatibus licȝ differant in alijs vt ſtagnum ⁊ argẽtum dicuntur ſimilia Hic autem non fit mẽtio de equali quia non dicitur mľtipliciter niſi forſan mo// di equales ſumantur ſecũdum ſpeciem quãtitatis. Et quia idem ⁊ diuerſuȝ op// ponuntur ⁊ ſimile ⁊ diſſimile. ideo quot modis dicitur idem ⁊ ſimile tot modis dicitur diuerſum ⁊ diſſimile. Eſt tamen aduertendum ꝙ idem ⁊ diuerſum non opponũtur contradictorie. quia ſemper alterũ cõtradictorioruȝ verificať de ente alterum de non ente. Nam omẽ ens eſt idem enti vel ab eo diuerſum. ſed verum eſt ꝙ ens non eſt ideȝ non enti. vñ idem ⁊ non idem opponuntur contradictorie

**Tertio ſciendum ꝙ diuer**ſum eſt in plus quã indifferẽs quia omẽ ens eſt idem omni enti vel ab eo diuerſũ ſed non omẽ ens eſt idem omni enti vel ab eo differẽs. Nam ea que ſe ipſis diffe// runt ⁊ non cõueniunt in aliquo dicunť diuerſa ⁊ nõ differẽtia ſicut due differẽtie condiuidẽtes aliquod genus ſicut etiaȝ

duo diuerſa predicamēta. ſed differētia dicuntur que per aliquid aliud differunt ⁊ cōueniūt in aliquo quod eſt gen⁹ ſpēs

**Sciendum eſt ꝙ differentia** genere ſunt quoꝛū non eſt materia eiuſdem generis nec habent ad inuicem generationē ⁊ hoc ideo quia genus ſumitur a materia. Et differentia ſpetie ſunt quoꝛū eſt idem genus ⁊ differunt ſecūdū formā quia ſpecies ſumitur a forma

Ad rationes ante oppoſitum. ad primā dicitur ꝙ cum contraria ſint differētia ſecūdum formam vtrunqꝫ cōtrariorum debet conſiderari dupliciter. primo modo vt totū completū habens ſpēm ⁊ formam ⁊ ſic vnū ⁊ multa opponūtur nam illud quod eſt vnum non eſt multa Alio modo cōſideratur vnū vt eſt pars habentis ſpeciem ⁊ formā ⁊ ſic non opponuntur. ⁊ ſimiliter inuenitur diſtinctō in numeris. binarius enim conſideratur dupliciter. vno modo vt eſt totū habēs ſpeciem ⁊ formam. ⁊ ſic eſt ſpecies diſtincta a trinario. Alio modo cōſideratur vt eſt pars trinarij habētis ſpeciem ⁊ formā ⁊ ſic nō eſt diſtinct⁹ a trinario ſed eſt pars eius. Ad ſecundam dicitur ꝙ vnū non ſolum priuationem ⁊ indiuiſionem dicit ſed etiam dicit aliquid poſitiuum. ſ. ens ⁊ propter hoc opponitur contrarie multitudini. Ad tertiam dicitur ꝙ in multitudine poteſt conſiderari ipſa diuiſio. ⁊ ipſa multitudo. diuiſio autem prioꝛ eſt vno. nam vnum eſt priuatio diuiſionis Nam vnū eſt quod non diuiditur. ſed multitudo eſt poſterioꝛ vno. vt bene arguebat. vnde diuerſa non dicūtur multa niſi vtriqꝫ attribuatur ꝙ ſit vnum vnū ⁊ multitudo eſt ex vnitatibus primo ergo cadit in intellectu ens. ſecundo diuiſio tertio vnum. quarto multitudo.

**Queritur quarto. Utrum** diffinitio cōtrarioꝛum ſit bene poſita in q̄ dicitur contraria ſunt que plurimū differunt in eodem genere in eodē ſubiecto ⁊ ſub eadem poteſtate. Arguitur ꝙ non q̄a medium cōtrariat extremis. ⁊ tamē non maxime diſtat ab eis. Secundo ſic ea que ſunt diuerſoꝛum generū magis diſtant quam que ſunt eiuſdem ⁊ tamē contraria ſunt ſub eodem genere. In oppoſitum eſt philoſoph⁹. pro ſolutione ſuppoitur; primo ꝙ eſt aliqua maxima differentia. probatur quia in aliquo genere contingit magis ⁊ minus differētie ſed vbi eſt magis ⁊ minus eſt maximū ⁊ non proceditur in infinitū ergo eſt aliqua maxiā differentia. Secūdo ſupponitur ꝙ differentia ſiue diſtantia non eſt inter illa que ſunt diuerſoꝛum generum ſed inter differētia ſpetie que ſunt eiuſdē generis. patꝫ. primo q2 differētia ſiue diſtātia eſt inter ea inter que eſt motus vel tranſmutatio. ſecundo. patꝫ quia cōtingit ea que ſunt diuerſoꝛum generum ſimul in eſſe eidē ſuſceptibili ſicut albedo ⁊ dulcedo in lacte ⁊ ſic differētia ſiue diſtantia non eſt inter ea que differunt genere vnō relinquitur ꝙ differentia ſiue cōtrarietas eſt inter illa que differunt ſpetie. ⁊ conueniunt genere. Quarto ſupponitur ꝙ differētia ſpē ſunt maxiē contraria. patꝫ quia generationes fiunt ex contrarijs tanquā ex vltimis ⁊ vltimoꝛū maxima eſt diſtātia ⁊ non medioꝛum ergo contraria maxime diſtant. Hijs viſis ponit̄ concluſio

**Diffinitio contrarioꝛū eſt bene** poſita. probat̄ per ſinglās particulās primum ꝙ contraria plurimū differant patꝫ ex dictis quia aliqua maxima differētia eſt reperienda vt dicit primā ſuppoſitio maxiā autem differentia non eſt diuerſiū genere. ſed ꝙ contraria plurimū differāt in eodem ſubiecto. patꝫ quia contrarioꝛū eadem eſt materia cum ſint ad inuicem tranſmutabilia ſed ꝙ ſint ſub eadē poteſtate ⁊ ſub eadem ſcientia. probatur quia ſcientia eſt circa gen⁹ vnum. modo contraria ſunt ſub eodē genere. ergo cōtraria ſunt ſub eadē poteſtate. nā ſciētia eſt potētia ratōalis vt in cōcluſiōe dictū eſt. Ex p̄dictis duo patent coꝛrelaria. primū eſt ꝙ cōtrarietas eſt differētia pfecta. patꝫ quia cōtrarietas eſt maxima differentia. modo maximum in vnoquoqꝫ genere eſt perfectum. patꝫ quia maximū eſt quod nō exceditur ab alio. ſed perfectum eſt extra quod nichil contingit accipere eo quod perfectū attingit finē. modo. extra finem nichil eſt accipere q2 finis

paruo ꝛ magno. Ex quo pꝫ ꝙ eq̄le non
opponit contrarie magno ꝛ paruo. quia
equale nō eſt pura negatio magni ꝛ pui
non enim omne quod eſt magnū aut puū
dicit equale. ſed ſolū illud quod eſt natū
eſſe magnū ꝛ puū. Ex quo pꝫ ꝙ equale
eſt mediū per ab negatōem. Eſt tn̄ aduer
tendum ꝙ opinio aliquorū fuit ꝙ ſicut
inter contrarie oppoſita eſt mediū per ab
negatōez. Ita inter q̄cunq; poteſt eſſe tale
mediū ſicut inter puum ꝛ magnū quod
nec puū nec magnū eſt. ita inter manū
ꝛ calceū dabitur mediū per ab negatōez
quod. ſ. nec erit man⁹ nec calceus. Sed
hec opinio falſa eſt. q2 mediū per ab ne//
gatōem non eſt niſi eorum q̄ ſunt oppo//
ſita. etiam que ſunt vnius differētie quaſi
vni⁹ generis. i. extrema vni⁹ differētie cō//
trarie alteri. que differētie ſūt gn̄s vnius
et ideo poteſt eſſe mediū per ab negatōez
non aūt ſic de omnib⁹ alijs q2 non omia
ſunt vnius generis nec vnius differentie.
Ratōes aūt ante oppoſitū bene ꝓbāt ꝙ
eq̄le bene opponit puo ꝛ magno.

**Queritur ſeptimo. Utrum**
vnū ꝛ mlta opponant. arguit ꝙ non q2
mlta opponunt paucis ſed tm̄ vnum eſt
vni contrarium ergo vnum ꝛ multa non
opponuntur. In oppoſitum eſt philo//
ſoph⁹ in textu pro reſponſione. Eſt primo

**Sciendum ꝙ duplex eſt vnum**
ꝛ etiam eſt duplex pluralitatis ſibi oppo//
ſita. quoddā eſt vnū quod couertitur cū
ente ꝛ tale vnū nichil aliud eſt quā ens
indiuiſū. Aliud eſt vnū qd̄ eſt pricipiū
nueri ꝛ determinatū ad genus quātitatis
ꝛ tale vnū addit ſupra vnū quod couer//
titur cum ente ratōem mēſure. vnū enim
quod eſt pricipiū nueri eſt mēſura illius
numeri. Similiter duplex eſt multitudo
q̄dam eſt oppoſita vni. q̄daꝫ couertitur
cū ente ꝛ talis mltitudo trāſcendens eſt
ſicut vnū ſibi oppoſitū vnde ꝛ huiuſmōi
ꝓportionata multitudo dicit pluralitas
entiū. Unde ex hoc ſolo ꝙ aliqua diuiſa
ſunt dicūtur mlta. Alia eſt multitudo de
gn̄e quātitatis ꝛ addit ſupra mltitudinē
trāſcendētē hoc quod eſt eſſe mēſuratū
vno quia talis multitudo eſt numerus
numer⁹ aūt diffinit in hoc decimo quia
eſt multitudo menſurabilis vno. Ex hoc
apparet ꝙ ſicut vnū quod couertitur cū
ente eſt commuē ꝛ quaſi genus ad aliud
vnū quod eſt pricipiū numeri. ita mlti//
tudo tranſcēdens eſt quaſi gen⁹ ad nu//
merū. nuer⁹ enim ſupra huiuſmōi mltitu
dinē addit hoc qd̄ eſt eſſe mēſuratū vno

**Secundo ſciendum eſt ꝙ**
mltū ſiue mltitudo ſic dicit duplex. vno
modo abſolute. ꝛ ſic multitudo idem eſt
qd̄ pluralitas vel quātitas diſcreta. vn̄
hoc modo mltitudo eſt quaſi genus ad
pluralitatem ꝛ paucitatē. Alio mō dicit
mltitudo relatiue ꝛ ſic mltitudo eſt quā
titas excedēs vel ſimpliciter vel reſpectu
alicui⁹. ſimpliciter. quādo quātitas exce//
dit reſpectu eorū que cōmuniter in reb⁹
ſūt ſui generis vt quādo pluit in magno
exceſſu. vt pter ſolitū curſū nature dicit
mlta pluuia. reſpectu alicui⁹ ſicut decem
homines dicūtur mlti reſpectu triū ꝛ
ſic hoc modo mltitudo eſt quātitas exce
dens ꝛ paucitas multitudo exceſſa.

**Ponitur prima concluſio**
vnū quod couertitur cum ente opponit
multitudini cōtrarie. hec cōcluſio ꝓbata
eſt ſupra q2 vnū dicit priuatōem multi//
tudinis. ꝛ non dicit priuatōem purā ſed
priuatōem fundatā in natura. illud autē
ꝙ ſic ſe habet opponitur alteri contrarie
ergo vnū opponit mltitudini contrarie

**Secunda concluſio. vnum**
qd̄ ē pricipiū nueri opponit mltitudini
oppoſitōe relatiua. ſicut mēſura ꝛ men//
ſurabile. pꝫ q2 de ratione nueri eſt ꝙ ſit
mēſurabilis vno. ꝛ de ratione vni⁹ eſt ꝙ
ſit mēſura nueri. ꝛ ſic numer⁹ ſe habet vt
mēſuratum. vnū vt mēſura. relinquitur
ergo ꝙ vnū ꝛ multa ſunt de gn̄e ad ali//
quid. ꝛ relatiua tertij mōi que. ſ. refferū//
tur ſecūdū mēſurā ꝛ mēſurabile ꝛ non
ſunt relatiua ſecūdū eſſe. ſed ſecūdū dici

**Nota ꝙ dictum eſt notanter in**
cōcluſione ꝙ vnū quod eſt pricipiū nu//
meri. quia vnū quod couertitur cū ente
non opponitur mltitudini relatiue ſicut
mēſura mēſurabili q2 tale vnū abſtrahit
a ratione mēſure ꝫ ſicut dictū eſt oppo//
nitur cōtrarie mltitudini. Utrum aūt

vnũ quod eſt pricipium numeri oppo//
natur multitudini cõtrarie aut priuatiue
Ad hoc dicit̃ ꝙ vnũ ⁊ mlta poſſunt cõ//
ſiderari dupliciter. Uno mõ ſm ratõem
meſure ⁊ meſurabilis. ⁊ ſic opponuntur
relatiue vt dicit ſcda concluſio. Alio mõ
ſm ꝙ vnum priuat diuiſionẽ que eſt ſm
q̃titatẽ ex qua q̃dam diuiſione cauſatur
mltitudo que eſt numer⁹. ⁊ ſic videtur ꝙ
vnũ opponat̃ mltitudini cõtrarie. ⁊ ꝓpt̃
ea dicit ꝙ vnũ cõſideratum ſm formaꝫ
⁊ ſm indiuiſioneꝫ cõtrariatur mltitudini

**Tertia concluſio. accipiẽdo**
mltuꝫ ⁊ paucuꝫ ralatiue opponunt̃ con//
trarie. vt dicit albert⁹ oppoſitõe cõtraria
que eſt ſm diuerſos reſpectus. probatur
quia mltuꝫ dicitur quãtitas excedens. et
paucũ dicit quãtitatem exceſſam. ⁊ ita ſe
habent ſicut excedens ⁊ exceſſuꝫ. Notãter
dicitur cõſiderando multũ relatiue quia
multuꝫ abſolute cõſideratuꝫ eſt ſuperius
ad paucũ. vnde paucitas eſt multitudo
dicta abſolute. ſicut duo ſunt pauca. ⁊ tñ
ſunt mlta capiendo multum abſolute. ⁊
per hoc pꝫ ſolutio ad ratões.

**Queritur octauo. Utrum**
media cõtrarioꝛuꝫ componant̃ ex cõtra//
rijs. Arguitur ꝙ non. quia cõtraria ſunt
forme q̃dam ſed forma eſt ſimplex ſcdm
actorem ſex pricipioꝛum ergo media cõ//
trarioꝛuꝫ ſunt ſimplicia ⁊ per cõſequens
non ſunt compoſita ex cõtrarijs. Scdo
ſic. ſecundum porphiriũ in p̃dicabilibus
diuerſe ſpecies non cõcurrunt ad cõſtitu//
tioneꝫ tertie ſpeciei ſed cõtraria ſunt ſpẽs
diuerſe. ſimiliter mediũ eſt ſpecies q̃dam
ergo medium non componit̃ ex extremis
Arguitur tertio. ea que ſunt ſibi inuicem
impoſſibilia non conueniunt ad cõſtitu//
tioneꝫ alicui⁹ ſed cõtraria ſunt huiuſmõi
ergo mediuꝫ non componit̃ ex extremis
Quarto ſic mediũ diſtãtia locali non vi//
detur componi ex extremis ⁊c. In
oppoſitũ eſt ariſtotiles ad dubiuꝫ cõfoꝛ//
miter ad textuꝫ reſpõdetur per ꝓpoſitõ//
nes. Prima propoſitio eſt. media ſunt in
eodem genere cuꝫ extremis. probatur ſic
quia mediuꝫ eſt illud in quod mutatum
prius cõtinue per trãſit quaꝫ in extremuꝫ
⁊ ſic fit tranſitus de medijs in extrema. ⁊
ecõuerſo ſed non fit tranſmutatio niſi in
illis que ſunt eiuſdẽ generis non enim fit
tranſitus de albo in iuſtuꝫ ergo neceſſe
eſt media eſſe in eodeꝫ gñe cum extremis
Secũda ꝓpoſitio. media ſoluꝫ ſunt op//
poſitoꝛũ. probat̃ qꝛ media ſũt coꝝ quoꝝ
fit trãſmutatio ſꝫ trãſmutatio ſoluꝫ fit int̃
oppoſita maioꝛ pꝫ ex diffinitione medij
minoꝛ declarat̃ in. iii. phiſi. Tertia ꝓpo//
ſitio media non ſunt omnium oppoſitoꝛũ
ſed ſolum cõtrarioꝛum pꝫ cõcluſio quia
cõtradictorioꝛuꝫ nõ ẽ mediũ pꝫ per diffi
nitõem qꝛ cõtradictio eſt oppoſitionũ cu
ius ſm ſe non eſt mediũ. vnde ſemꝑ alte
ra pars cõtradictõis ineſt ſiue ſit ens ſiue
non ens. Secundo priuatiue oppoſito//
ruꝫ non eſt medium eiuſdem generis licꝫ
ſit medium ſubiecti vt ante dictum eſt

**Sed de hijs que ſũt ad ali//**
quid Notãduꝫ ꝙ ea que ſunt ad aliquid
dupliciter dicũtur qꝛ q̃dam ſunt quoꝛuꝫ
vnũ per ſe reffertur ad aliud. alteruꝫ non
non per ſe reffertur ad ipm. ſed ſoluꝫ ſm
rationem q̃a aliud reffertur ad ipm ſicut
ſunt relatiua tertij mõi vt ſciẽtia ⁊ ſcibile
⁊ illoꝛum non eſt mediuꝫ. cuius ratio eſt
quia non ſunt eiuſdem gñis cum vnum
per ſe refferatur ad aliud ⁊ non alterum
Alia vero ſunt que mutuo refferũtur ad
inuicem ⁊ quedam illoruꝫ ſm reſpectus
cõtrarios. ⁊ illoꝛum bene eſt medium vt
magni ⁊ parui quoꝛuꝫ medium eſt equale
Relinquit̃ ꝙ media non ſunt niſi cõtra//
rioꝛũ. Decima ꝓpoſitio ſpẽs cõtrarie
habent cõtraria prioꝛa ex quib⁹ compo//
nũtur. ſ. cõtrarias differẽtias quia cõtra
rie ſpẽs ſunt ſub eodeꝫ gñe ſed gen⁹ vnuꝫ
non contrahitur ad diuerſas ſpecies niſi
per differẽtias cõtrarias. cõtrarietas aũt
cõtrariarum differẽtiarum prioꝛ eſt con//
trarietate ſpecierũ quia cõtrarie differẽtie
faciũt cõtrarias ſpẽs. Quĩta ꝓpoſitio
ſpecies medie habẽt etiam cõtraria me//
dia ex quibus cõſtituũtur. pꝫ quia cum
media ſit eiuſdẽ generis ⁊ omnis ſpẽs ex
gñe ⁊ differentia cõſtituãtur neceſſe eſt ꝙ
media cõſtituant̃ ex gñe ⁊ differentijs vt
pꝫ de medijs coloꝛib⁹. ſꝫ hec differentie

ex quibus cõſtituunť medij colores non
poſſunt eſſe differẽtie cõſtitutiue ſpecierū
extremarū vt albi ⁊ nigri. ergo oportet ꝙ
differẽtie cõſtitutiue mediorū colorū ſint
media inter differẽtias cõſtitutiuas con//
trariarū ſpecierū. ſ. albi ⁊ nigri. qꝛ ſicut ſe
habet ſpecies ad ſpeciē ita ſe habent diffe
rẽtie ad differẽtias. Ideo oportet ꝙ ſicut
medij colores ſũt ſpẽs medie inter ſpẽs
cõtrarias ita differẽtie cõſtitutiue medio
rum colorū ſint medie inter differentias
cõtrarias. que dicuntur prima ꝯtraria ⁊
cõſtituunt ſpẽs cõtrarias. Sexta ꝓpo
ſitio ⁊ reſpõſalis media cõtrariorū cõpo
nunť ex contrarijs. probať quia prius fit
trãſmutatio vni⁹ cõtrariorū in medium
quā in alterū. cuius cauſa eſt qꝛ mediū
plus accedit ad naturã vni⁹ extremi quā
alterum vñ mediū comparatū vni extre
morū videtur eſſe aliud ſicut rubeū cõ//
paratū ad albū videtur nigrū ⁊ compa
ratū ad nigrū videtur albū. ⁊ ſic mediū
quodã mõ videtur eſſe vtrunqꝫ extremo
rum. vñ pꝫ ꝙ mediū componiť ex extre//
mis. contraria aũt ſunt ſimplicia q̇a non
componunť ex ſe inuicẽ ⁊ qꝛ ſunt ſimpli//
cia ſequiť ꝙ ſunt pñcipia illorū mediorū
Ex hoc pꝫ ꝙ media componunť ex ipſis
vt dictū eſt. Aduertẽdū eſt tñ pro ſo//
lutione rationū ꝙ ſicut in mixtiõe elemẽ
ta cõueniunt ad ratõem mixti ⁊ comple
ta mixtõe elemẽta. ſubãſtialiter corrum
pitur ⁊ gñatur mixtū qđ eſt vnius forẽ
tãtū ita ꝓportionabiliť poſſunt in mo//
tu miſceri. cõtraria ad cõſtitutõem medij
Sed gñato medio corrumpiť cõtraria
ſm ſubſtantiã ⁊ gñatur mediū quod eſt
vni⁹ ſpẽi ⁊ vna forã ſimplex diſtincta ab
ipſis cõtrarijs. nec mediū eſt vnū niſi per
ab negatõnem q̇a aliter non eſſet eſſentia
vni⁹ ſpẽi nec forma ſimplex. Et per hoc
pꝫ ſolutio triū primarū ratõnū. Sed
pro ſolutõe vltime ratõis diciť ꝙ mediū
poteſt cõponi ex extremis dupliciť. Uno
modo ſm ſpẽm ⁊ formā ⁊ ſic medium
inter formas cõtrarias componiť ex extre
mis vt medij colores ex albo ⁊ nigro
Alio mõ ſm potentiã ⁊ v̾tutē ⁊ ſic medi
um in diſtãtia locali componiť ex extre//
mis. vel dicẽdū ꝙ illa compoſitio lo//
q̇tur de medijs inter vera contraria que
ſunt ad inuicẽ trãſmutabilia per ſuã ac//
tionẽ cui⁹ non ſunt cõtraria in magnitu
dine locali.

**Queritur nono. Utrū cõtra**rietas ſit differẽtia ſm ſpẽ. Arguiť ꝙ nõ
qꝛ maſculinū ⁊ femininū ſunt cõtraria. et
tñ non differũt ſm ſpẽ. non enī maſcu//
lus differt a femina ſm ſpẽm. Scđo ſicut
differẽtia ſm ſpẽm reperiť in omi predi//
camento quia in quolibet predicamento
reperitur diuiſio generis in ſpẽs diuer//
ſas ⁊ tñ cõtrarietas non inueniť in quo//
libet p̄dicamẽto. ſubſtãtie enī ⁊ q̄ntitati
nichil eſt cõtrariū. ergo cõtrarietas non
eſt differẽtia ſm ſpẽ. Tertio ſic oppoſitõ
differẽtiarum per quas differunt ſpẽs eſt
priuatõnis ⁊ habit⁹ oppoſitio. qꝛ oppo//
nunť ſm ratõem cõmunē ꝑfecti ⁊ imꝑfecti
ergo cõtrarietas nõ erit differẽtia ſm ſpẽ

**In oppoſitū eſt ariſtotiles** pro reſpõſiõe. Eſt primo ſciẽdum ꝙ ad
hoc ꝙ aliqua ſint diuerſa ſpecie oportꝫ ꝙ
vnū ſit diuerſū ab altero ⁊ in eis ſit aliqđ
cõmune ꝙ in eis diuerſificatur. illud aũt
cõmune eſt gen⁹ ex quo ſequitur ꝙ neceſſe
eſt diuerſa ſpẽ eſſe in eodẽ gñe. Nā gen⁹
eſt qđ ẽ cõmune differẽtib⁹ ſpẽ ſm ſubſtã
tiā ⁊ in eas diuiſū ſm differẽtiā ſubſtã
tialē. ⁊ non per accidẽs. Aduertẽdū tñ
ꝙ aliter diuidiť gen⁹ per differẽtias. aliť
materia per forãs. Nā mã addiť forẽ ſi//
cut pti. vñ mã non eſt ipm compoſitū ꝫ
aliq̇d eius. ꝫ differẽtia diuidẽs gen⁹ ad//
ditur gñi non tãquā pars vna alteri pti
ꝫ ſicut totū toti. gen⁹ enī ⁊ differẽtia dicũt
totū qđ dicit ſpẽs. alioq̇n non p̄dicareť
de ipa ſpẽ. Uerũtamen gen⁹ ⁊ differẽtia
dupliciť poſſunt cõſiderari. vno mõ ſm
illđ a quo imponiť nomẽ gñis ⁊ differẽ//
tie. ⁊ illo mõ ſe habent ſicut mã ⁊ forã q̇a
nomẽ gñis imponiť a mã. ⁊ nomẽ diffe
rẽtie a forã. Alio mõ poſſunt cõſiderari
quãtū ad id cui nomen imponiť qđ eſt
totū. ⁊ ideo ſic genus ⁊ differentia non ſe
habẽt ſicut mã ⁊ forã. ⁊ ideo notãter dici
tur in textu ꝙ gen⁹ diuidiť ſm ſubſtãtiā
⁊ non ſm accidens. ſiue genus ſit forma
ſiue aliter ſe habeat

**Secundo ſciendū ꝙ licꝫ ge**n⁹ ſit cõmune plurib⁹ ſpẽbus. tñ diuiſio

gñs fit in ſpēs oppoſitas ⁊ contrarias ⁊ hoc ꝑpter diuerſitatē differētiarū cōtrahētiū genus ad cōtrarias ſpēs. ſicut hō ⁊ equus nō ſunt vnū animal. vñ animal in eis ē diuerſū ſm ſpēꝫ. probatur inductiue ⁊ ratōe. inductiue ſic qꝛ omnis diuiſio ē per oppoſita cuiꝰ ratio eſt qꝛ ea que non ſūt oppoſita poſſunt in eſſe eodeꝫ ſimul. vñ nō neceſſario ſunt diuiſa. cū ergo diuiſio ſit vniꝰ in mlta ⁊ diuerſa. ſequitur ꝙ diuiſio eſt per oppoſita. Ex hoc arguitur. diuiſio eſt per oppoſita ⁊ nō per alia quā per cōtraria. ergo diuiſio ē per cōtraria. minoꝛ ptꝫ primo qꝛ diuiſio gñs non eſt per cōtradictoria. qꝛ altera pars cōtradictōis .ſ. negatio non eſt in gñe cū ſit per ſe nō ens. neqꝫ fit per relatiua. qꝛ ea per que fit diuiſio gñs non ad ſe inuicē referuntur ⁊ ſic relinquitur ꝙ diuiſio gñs in ſpēs fit per cōtraria. Scdo probatur ratōne qꝛ diuerſa ſpē ſunt q̄ cōtinentur ſub eodeꝫ gñe ⁊ ab inuiceꝫ differūt. ſꝫ hoc cōuenit contrarijs ergo diuerſa ſpē ſunt cōtraria. Item q̄a diuerſa ſpē eſt eſſe in eodeꝫ gñe ⁊ ex natura habere cōtrarietateꝫ q̄ eſt contrarietas differētiarū. Et per oppoſitū eadē ſpetie ſunt q̄ non habēt cōtrarietateꝫ vt indiuidua eiuſdē ſpēi. Ex p̄dictis ptꝫ aliq̄liter ꝙ genꝰ nec eſt idē ſpē cū ſua ſpē. nec ſpē diuerſū a ſuis ſpecialibꝰ ptꝫ qꝛ differētia ſpē ſunt quoꝝ differētie ſunt diuerſe. Et eadeꝫ ſpē quoꝝ differētia eſt eadē ſꝫ genꝰ non habet eadem differentiā neqꝫ alterā a ſuis ſpēbus. qꝛ genꝰ nullā habet differētiam ꝙ ptꝫ qꝛ ſicut materia cognoſcitur per carentiā ⁊ negatōeꝫ omniū formarum ita genus qđ ſe habet per modū materie nullā habꝫ differētiam actu. ſꝫ cognoſcitur per carentiā earū. Veruꝫ eſt tñ ꝙ habet differētias in poteſtate ſicut materia eſt in potētia ad formās. Ex p̄dictis ptꝫ ꝙ ea q̄ ſūt diuerſorū generū nō ꝓprie dicuntur differētia ſpē. ſꝫ magis differētia gñe. differētia aūt ſpecifica ē eoꝝ q̄ ſūt eiuſdē gñs

**Notandum circa predicta pro** ſolutōe rationū ꝙ duplicia ſūt cōtraria. q̄daꝫ q̄ conſequūtur formā ſubſtātialeꝫ ⁊ qꝛ ſpēs eſt forma ideo talia cōtraria faciūt diuerſitatē ſm ſpēꝫ vt ratōale ⁊ irratōale. Alia ſunt q̄ inſequūtur materiam q̄ a proprietatibus indiuidui innūtur vt maſculinū ⁊ femininū album nigrū ⁊ qꝛ diuerſitas ſm materiā non facit diuerſitatē ſm ſpēꝫ ſꝫ facit diuerſitatem indiuiduorū in eodē ſpē. ideo talia cōtraria nō faciūt diuerſitatē ſm ſpēꝫ. ⁊ ideo dicitur in textu quecūqꝫ ſunt in ratōe cōtrarietatis ſpē faciūt differētiaꝫ. q̄ vero in inceptu cū mā indiuiduū qđ ſupra ſpēm addit materiā ſignatā. Et per hoc ptꝫ ſolutō prime ratōis ante oppoſitū. Ad ſcdam dicitur ꝙ licꝫ in omī p̄dicamēto ſit cōtrarietas ſpēꝝ. hoc ē tñ ratōe differentiaꝝ ex q̄bus tales ſpēs cōſtituuntur. ⁊ q̄a in omī p̄dicamēto eſt cōtrarietas differentiarū. ideo ex cōſequenti eſt cōtrarietas ſpēꝝ. ea ratōne qua tales ſpēs cōſtituuntur ex diuerſis differētijs. Ad tertiam dicitur ꝙ licꝫ differētie opponātur ſm cōmuneꝫ ratōeꝫ participati ⁊ imꝑfecti tñ qꝛ nulla ſumitur a priuatōe ſꝫ vtraqꝫ a materia ⁊ a formā poſitiua ⁊ ideo ꝓpter hoc dicūtur opponi cōtrarie.

**Queritur decimo. Utrum** corruptibile ⁊ incorruptibile differant gñe. Arguitur ꝙ non. qꝛ celū ⁊ intelligētie ſunt incorruptibiles ⁊ ſubſtātie inferiores ſūt corruptibiles ⁊ tñ ſunt eiuſdē gñs. ergo nō differūt gñe. Scdo ſic corruptibilia ⁊ incorruptibilia ſunt contraria vt ibidem dictū eſt cū ergo cōtraria ſint in eodem gñe vt ptꝫ per diffinitōes eoꝝ ſequitur ꝙ non gñe differant. Tertio ſic omē bicubitum qđ accipitur in quātitate celi eſſet incorruptibile. ⁊ omē bicubitū quod accipitur in quātitate elemētorū eſſet corruptibile. ergo corruptibile ⁊ incorruptibile non differunt genere.

**In oppoſitum eſt philoſo.** pro reſpōſione eſt primo ſciēduꝫ ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile ſunt contraria ptꝫ. qꝛ potētia ⁊ impotētia opponuntur priuatiue. priuatio aūt eſt principiū cōtrarietatis. ergo poā ⁊ impoā ſunt cōtraria. Et eſt notāduꝫ ꝙ potētia dupliciter accipitur. vno mō q̄ aliq̄d poteſt agere vel

pati ꝯ̃letteū[illegible] ⁊ ſic corruptibile ſe hēret
vt potētia ⁊ incorruptibile vt impotentia
Alio mō dicitur potētia q̄ aliq̄d non po
teſt pati aliq̄d deteriꝰ ⁊ ſic incorruptibile
ſe haberet vt poā ⁊ corruptibile vt impoā

**Secundo ſciendū ꝙ dupli/**
cia ſunt cōtraria q̄daꝫ ſunt que ſe tenēt ex
pte forme vel actus ⁊ talia cōtraria diffe/
rūt ſpē ſicut ratōale ⁊ irratōale. Alia ſunt
q̄ ſe tenēt ex pte materie vl' potētie ⁊ talia
cōtraria differunt ſpetie ⁊ gñe vt patebit
in corruptibili ⁊ in incorruptibili. Cuius
ratio eſt quia ſicut ſe habꝫ actus ⁊ forma
ad ſpēꝫ. ita mā ⁊ potētia ad genus. ſpēs
enī ſumitur a forā. ⁊ genꝰ a materia. cuꝫ
ergo corruptibile ⁊ incorruptibile differāt
ſecundum materiaꝫ a qua ſumitur genꝰ
vel magis ꝓprie loquendo que dicit̃ ge/
nus phiſicum. ſequitur ꝙ corruptibile ⁊
incorruptibile gñe differunt.

**Tertio eſt ſciendū ꝙ duplex**
eſt genus quoddaꝫ eſt logicum aliud ge
nus naturale. genus logicū eſt cōmune
predicabile de multis ſpeticbꝰ ſecundū
rationem vnam vel cōceptum. Ex quo
ptꝫ ꝙ ea que conueniunt in vna cōmuni
ratōne vel cōceptu eadem ſunt in eodeꝫ
genere logico. vt ſi cōſideretur in ratione
ſubſtātie ſunt in genere ſubſtātie. ſed ge/
nus naturale vel phiſicuꝫ ſumit̃ a mate/
ria vel potentia. vnde ea que cōueniunt
in eadem materia ſunt eiuſdem generis
phiſici. ea vero q̄ non conueniunt in ali/
qua materia nec in aliquo pricipio ſunt
diuerſa ⁊ quia hec cōuertuntur. ſ. habere
eandem materiam ⁊ eſſe tranſmutabilia
ad inuicem. ideo ſequit̃ ꝙ omnia tranſ/
mutabilia ad inuiceꝫ ſunt eiuſdem gñis
phiſici. vt omnia generabilia ⁊ corrupti/
bilia. ea vero que nō ſunt trāſmutabilia
ad inuicem non ſunt eiuſdē gñis phiſici
⁊ diffiniuntur per diuerſa in hoc ꝙ ſunt
illa quorū diuerſuꝫ ē pricipiuꝫ ſubiectuꝫ
⁊ non reſoluuntur alterum in alterum nec
ambo in idem.

**Ponitur cōcluſio corrupti/**
bile ⁊ incorruptibile differūt genere phi/
ſico. probat̃ concluſio qꝛ genus phiſicū
ſumitur a materia ⁊ illa que non conue
niunt in materia non conueniunt in gñe
phiſico. ſed corruptibile ⁊ in corruptibile
non conueniunt in materia alias eſſent
ad inuicem tranſmutabilia. ergo diffe/
runt genere phiſico.

**Eſt tamen notandum ꝙ**
remōtis omībꝰ formis tam ſubſtātialibꝰ
quam accidentalibus elementoruꝫ ⁊ ele
mentatoruꝫ ⁊ relicta materia ſola eadeꝫ
eſſet materia elementorum generabiliuꝫ
⁊ corruptibiliuꝫ. Sed remota forma celi
per impoſſibile ad huc materia celi non
eſſet eadem materie cuꝫ materia genera/
biliū ⁊ corruptibiliuꝫ. quia ſi eſſet eadem
tunc materia celi eſſet in potentia ad for/
mas elemētorum. ⁊ ita celum non eſſet
per naturam incorruptibile. Secundo
ptꝫ cōcluſio. qꝛ corruptibile ⁊ in corrup/
tibile diuidūt ens per ſe qđ ptꝫ quia cor/
ruptibile eſt quod poteſt eſſe vel non eſſe
ſemꝑ. in corruptibile vero qđ habꝫ potē
tiaꝫ ad ſemꝑ eſſe. cuꝫ ergo corruptibile ⁊
incorruptibile diuidāt ens ⁊ non deter/
minatū genꝰ entis. nō eſt verū ꝙ corrup
tibile ⁊ icorruptibile cōueniant in aliquo
gñe. notāter dictū eſt in cōcluſione in ge
nere phiſico qꝛ corruptibile ⁊ in corrup/
tibile cōueniunt in logico qꝛ cōueniunt
in ratōe cōmuni gñis logici vt ſubſtātie
vel q̄ntitatis ⁊ huiuſmōi vt celū ⁊ gñabi
lia ſunt in gñe ſubſtātie. Ex quo ptꝫ falſi/
tas duarū oppinionū. quaꝝ vna dicit ꝙ
ſicut albuꝫ ⁊ nigrū poſſunt eſſe in eadeꝫ
ſpetie ⁊ etiam idem indiuiduo ſucceſſiue
ratiōe indiuiduorū. ymo poſſunt ineſſe
eidem indiuiduo ſucceſſiue ita corrupti/
bile ⁊ in corruptibile non videntur diffe
rentie gñe. ymo poſſunt eſſe idem quā/
doqꝫ corruptibile ⁊ quandoqꝫ incorrup/
tibile. ſicut enim album ⁊ nigruꝫ ſunt cō
traria ita corruptibile ⁊ incorruptibile.
Sed ad hoc dicendum ꝙ contraria ſunt
duplicia. quedaꝫ ſunt que ſuis ſubiectis
inſunt per accidens vt album ⁊ nigrum
⁊ ſ[illegible] nulla ⁊ vnumquodqꝫ eorum poteſt
ineſſe ſubiecto non neceſſario ⁊ talia non
differūt gñe i. eciā faciūt differētiaꝫ ſpecificā

Alia ſunt cōtraria q̄ non inſunt per accidens ſicut corruptibile ⁊ incorruptibile alterū enī eorū ineſt de neceſſitate. Nam corruptibile ⁊ incorruptibile inſunt per materiā q̄ eſt de ſubſtātia rei. vñ ptꝫ ꝙ aliquid non poteſt eſſe quandoqꝫ corruptibile ⁊ quandoqꝫ incorruptibile ptꝫ etiam falſitas oppinionis platonicoruꝫ ponētium ydeas ſeperatas a ſingularibus ⁊ eas eſſe eiuſdeꝫ ſpēi cuꝫ ſinglarib⁹ qꝛ ſm platonicos ille ydee ſunt incorruptibiles ⁊ ſinglaria ſunt corruptibilia. corruptibile aūt ⁊ incorruptibile non ſolū ſpē ſ etiaꝫ gn̄e differūt vt p̄tactuꝫ eſt. vñ ptꝫ ꝙ impoſſibile ē ponere ydeas ſeꝑatas a ſinglarib⁹ ⁊ eas eſſe eiuſdē ſpēi cuꝫ ſinglaribus

Tūc ad ratōes ad primam ſoluta eſt

Ad ſcđaꝫ dicit̄ ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile opponunt̄ cōtrarie ſm cōmuneꝫ ratōeꝫ cōtrarietatis que eſt habitus ⁊ priuatōis ⁊ non opponunt̄ contrarietate ꝓprie dicta. Et tñ aduertēduꝫ ꝙ corruptibile dupliciter dicit̄. vno mō pro carētia alicui⁹ forē vel habit⁹. ⁊ hoc mō corruptibile ⁊ incorruptibile opponunt̄ priuatiue qꝛ non cōueniūt in mā vl' ſubſtātia. exñte potētia ad vtrūqꝫ. alio mō pro natura q̄ poteſt eſſe vel non eſt ſemꝑ ⁊ ſic oppoitur incorruptibili cōtrarie. Ad tertiā dicit̄ ꝙ cōſiderando bicubitū ſm ꝓpriaꝫ ratōem bicubiti eſt in gn̄e locato ſ conſiderando bicubitū ex p̄te ſubiecti in quo eſt qꝛ. ſ. eſt in ſubiecto corruptibili vel incorruptibili non ſemꝑ eſt in eodeꝫ gn̄e phiſico. ⁊ ſic eſt finis decimi methaphiſice.

Circa vndecimuꝫ queritur primo. Vtruꝫ vni⁹ ſtiētie ſit cōſiderare pͥcipia rerū. Arguit̄ ꝙ non qꝛ mlta nō ſunt de cōſideratōe vni⁹ ſtientie niſi ſint cōtraria. Eadē eſt enī ſtiētia cōtrarioruꝫ ſ pͥcipia non ſunt cōtraria cum conueniant in cōſtitutione pͥcipiati. ergo vnius ſtiētie non eſt cōſiderare pͥcipia rerū. In oppoſitū arguit̄ qꝛ ſi vni⁹ ſtiētie non ſit cōſiderare pͥcipia rerū ſ plures tūc q̄rendum eſt q̄les ſunt ille ſtiētie ⁊ nō videtur facile aſſignare. Pro reſponſione eſt primo

Sciendum ꝙ ſtientie particulares non cōſiderant ens inquātum ens nec ea que cōmuniter inſunt enti. ⁊ etiam non cōſiderant de ſubſtātijs ſeperatis ⁊ ideo oportuit vnā ſubſtātiaꝫ eſſe vniuerſalem q̄ cōſideret ens ⁊ alia communia ⁊ etiam cōſiderat ſubſtātias ſeꝑatas. ⁊ hec dicit̄ metha. Poſtq̄ ergo in p̄cedentib⁹ libris determiātuꝫ eſt de ente ⁊ de illis q̄ cōſequūtur ens inq̄ntuꝫ ens ⁊ de vno ⁊ multitudiē ⁊ huiuſmōi. cōſeq̄nter ariſtotiles in hoc. xi. accedit ad determinā duꝫ de ſubſtātijs ſeperatis. Et primo mouet q̄ſdam dubitatōes valētes ad cōſiderationem ſubſtantiaruꝫ ſeperatarum.

Secundo ſciendū ꝙ methaphiſica ſiue ſapiētia conſiderat principia rerū vt ꝓbatuꝫ eſt in probe. metha. ſ. ꝙ metha. cōſiderat altiſſimas cauſas ⁊ maxime vniuerſales ⁊ prima reruꝫ principia

Prima cōcluſio vnius ſtiētie eſt cōſiderare pͥā reruꝫ pͥcipia ꝓquāto reducit̄ ad aliqđ vnū gen⁹ vñ metha. cōſiderat pͥā pͥcipia ⁊ cauſas vt habēt attributōeꝫ ad ens qđ ē ſubiectū methaphiſice. ⁊ per hoc ptꝫ ſolutio ratōis ante oppoſitū ꝙ cōtraria non ſunt de cōſideratōe vni⁹ ſtiētie niſi inquātum ſunt vni⁹ gn̄is. ⁊ tūc hic poſſunt moueri dubia cōformiter ad textū. Primū vtruꝫ metha. cōſiderat omnia gn̄a cāruꝫ ſ qꝛ hec q̄ſtio mota eſt. etiaꝫ determiāta in. ii. hui⁹ ideo

Scđo q̄ritur vtruꝫ vni⁹ ſtiētie ſit cōſiderare pͥcipia demōſtratōis aut plurium ſtiētiaruꝫ. Arguit̄ ꝙ pluriū qꝛ om̄es ſtiētie vtunt̄ pͥcipijs demōſtrationuꝫ ergo non eſt magis vni⁹ ſtiētie quā alteri⁹ cōſiderare pͥcipia demōſtratōis. Ad dubiū reſpondet̄ ꝙ vni⁹ ſtiētie puta metha. eſt conſiderare principia demōſtrationis vt quodlibꝫ eſt vel non eſt. Om̄e totū eſt maius ſua p̄te. ptꝫ qꝛ huius ſtiētie. ſ. methaphiſice eſt cōſiderare cōmunia q̄ ſunt termini pͥcipioruꝫ demōſtratōis vt hec cōmunia ens. nō ens. totū vt pars. Alie aūt ſtiētie accipiūt hec cōmuia a metha. ⁊ ſic eis vtuntur. ⁊ ſic ptꝫ ſolutio rationis

Tertio dubitat̄. vtruꝫ metha. habeat cōſiderare om̄es ſubſtātias ad hoc dicit̄ primo ꝙ cōſiderat ſubſtātias inquātuꝫ

cõueniunt in ratione ſubſtãtie ⁊ entis. vñ
metha. cõſiderat ſubſtãtias ſenſibiles nõ
inquãtum ſenſibiles. ſic enim conſiderat
ſciẽtia naturalis. ſed de ipſis conſiderat
inquãtum ſubſtãtie ſunt ⁊ partes ẽtis. ⁊
ſic dicit̃ ꝙ metha. cõſiderat de ſubſtãtijs
non ſolum inquãtum ſubſtãtie ⁊ partes
entis. ſed etiam ſecũdum ſuas proprias
naturas. ſunt enim ẜm ſe ſeperate a ma/
teria de illis etiam nulla ſciẽtia particula/
ris cõſiderat huiuſmõi autem ſubſtantie
ſeperate non ſũt ydee quas poſuit plato
ẜ ſunt in materiales ſubſtantie motores
orbiũ de quibus infra determinabitur
Quarto dubitat̃. vtrũ demõſtratio ſit
ſolũ circa ſubſtãtias aut etiam circa acci/
dẽtia. Ad hoc dicit̃ primo ꝙ vni⁹ ſciẽtie
.ſ. methaphiſice eſt cõſiderare ſubſtãtias
⁊ accidẽtia ꝓquãto cõueniunt in ſubſtã/
tia q̃ eſt ſubiectũ eorum. principaliter tñ
cõſiderat ſubſtantiam ꝓut eſt pricipalior
pars entis. ⁊ de illa demõſtrat per ſe acci
dẽtia. Et per hoc reſpõdetur ad dubiũ ꝙ
demõſtratõ ẽ circa ſubſtãtias. ⁊ accidẽtia
q̃ ſubſtãtijs in eſſe demõſtrant̃. Quin
to dubitatur. vtrũ metha. cõſideret prin/
cipia intrĩſeca. ſ. materiã ⁊ formã aut con
ſideret pricipia cõmunia q̃ ſunt ens vnũ
⁊ ſimilia. Ad hoc dicendũ ꝙ metha. pri/
cipaliter cõſiderat pricipia cõmunia. q̃n/
tus etiam cõſideret pricipia intrinſeca. ſ.
materiã ⁊ formã non inquãtuꝫ ſunt prici/
pia intrĩſeca. ẜ ut ſunt ꝑtes ẽtis. Sex/
tum dubiũ. vtruꝫ ens ⁊ vnũ ſint pricipia
⁊ videtur ꝙ ſic q꞉ ens ⁊ vnum videntur
continere oĩa. vñ deſtructis ente ⁊ vno
deſtruũt̃ oĩa alia. ⁊ non ecõuerſo. mo/
do prius eſt a quo non cõuertitur cõſe/
quentia exñdi ergo vnum ⁊ ens ſunt prin
cipia. In oppoſitũ arguit̃ quia ens ⁊
vnũ non ſunt gña. probatur q꞉ differẽtia
non ꝑticipat gen⁹ cum non ſint in intel/
lectu differẽtie. ſed nulla differẽtia poteſt
accipi de cui⁹ intellectu non ſit ens. ergo
ens ⁊ vnũ non ſunt gña. Ad hoc dicit̃ ꝙ
ens ⁊ vnũ ſunt prima gña non cõmuni/
tate generis ſed communitate analogie
Septimo dubitat̃. vtruꝫ gña ſint ma/
gis pricipalia quã ſpẽs. Arguit̃ ꝙ nõ. q꞉
quod ſimplicius eſt habet magis ratõeꝫ
principij ẜ gña ſunt cõpoſitoria ſpẽbus
q꞉ genus eſt diuiſibile in ſpecies plures
ſpẽs aũt eſt indiuiſibilis ẜm formã. In
op. arguit̃ ꝙ gña ſũt de cõpoſitõe ſpẽruꝫ
ergo magis ſunt pricipia quã ſpẽs. Ad
hoc dicẽduꝫ ꝙ gña ⁊ ſpẽs ſunt pricipia
cognoſcẽdi. tñ gña ſunt magis principia
quã ſpẽs vt ꝓbat ratio poſt oppoſitum.
Ad ratõeꝫ ante oppoſitũ dicit̃ ꝙ gña ſũt
cõpoſitiora poteſtate ſpeciebus ꝓquãto
continet plures poteſtate. ẜ ſpecies actu
cõpoſitior eſt gñe q꞉ ꝓpter genus continet
differẽtiaꝫ. vñ ſpẽs in plura eſt diuiſibilis
per reſolutõeꝫ. vñ veruꝫ eſt ꝙ in textu mo
uẽtur q̃dam dubia de ydearũ ⁊ mathe/
maticaliũ ſeꝑatione. ẜ de ydeis viſuꝫ eſt
prius ⁊ de mathematicalib⁹ videbit̃ in
ſequẽtib⁹. Octauo dubitatur cuꝫ ma/
teria ⁊ forma ſint pricipia ſubſtãtiarũ ſen
ſibiliũ ꝙ magis eſt pricipiuꝫ materia vel
forma. videtur ꝙ materia q꞉ ipa eſt ſub/
iectuꝫ primũ in cõpoſitione. ⁊ vltimuꝫ in
reſolutõne hoc aũt cõuenit pricipio ergo
materia eſt magis pricipium quã forma.
Item materia eſt incorruptibilis ⁊ ſemp
manet. forma eſt corruptibilis ergo ⁊c.
In oppoſitũ arguit̃ q꞉ materia eſt potẽ/
tia. forma vero actus ẜ actus ſimpliciter
prior eſt potẽtia. ergo forã magis eſt pri/
cipiũ quaꝫ materia. Reſpõdetur ꝙ forã
eſt magis pricipiuꝫ q̃ materia vt ꝓbat
ratio poſt oppoſitũ. Sed ad ratões dicẽ
dum ꝙ bene probãt ꝙ materia magis
habet ratõem elemẽti quam forma quia
elementũ ꝓprie dicit̃ de pricipio mali ẜ
non ꝓbant ꝙ materia habeat magis ra
tionem cauſe vel pricipij q̃a cauſa eſt ad
quã ſequit̃ eſſe. modo eſſe pricipalius eſt
a forma ⁊ non a materia. Dicitur ſecũdo
licꝫ materia ſit pricipiuꝫ in compoſitione
ipa tñ ante aduẽtum forme ſolum eſt in
potẽtia ⁊ ſic efficit̃ in actu per forãꝫ. ideo
non ſequit̃ ꝙ materia ſit magis pricipiuꝫ
quã forma. dicit̃ etiaꝫ ꝙ forma de ſe non
eſt corruptibilis. ẜ ratiõe cõtrarietatis in
ea exñtis in cuius ſignuꝫ forme ſeperate
a materia non ſunt corruptibil' vt ſubſt
antie ſeperate ⁊ etiam forme que ſunt in
materia abſque permixtione contrarij
ſunt incorruptibiles vt ꝑꝫ de forma cel

Nono dubitatur. vtrum ſit idem princi//
piuꝫ corruptibiliū ⁊ incorruptibiliū. Ar//
guit ꝙ non. qa non eſſet ratio quare ab
eodem pricipaliter primo ꝓcederent ali//
qua corruptiblia ⁊ aliqua incorruptibilia
Item queritur vtruꝫ primū principiuꝫ ſit
corruptibile vel incorruptibile. Ad prim
reſpōdetur ꝙ idem eſt pricipiuꝫ corrup//
tibiliū ⁊ incorruptibiliū ⁊ illud eſt incor//
ruptibile ⁊ ab eodem pricipio procedunt
aliq̄ corruptibilia ⁊ aliq̄ incorruptibilia
qꝛ ꝓpinqua illi pricipio ſūt incorruptibi//
lia. alia vero ſūt corruptibilia ꝓpter lōge
diſtare ab illo pricipio ⁊ illis ineſt gñatio
⁊ corruptio ꝓpter ſcḋas cauſas q̄ ſubia//
cēt verificatōi. Decimo dubitatur. vtruꝫ
omniū corruptibiliū ⁊ incorruptibilium
ſint eadeꝫ pricipia nuēro. Ad dubiū reſ//
pondetur ꝙ duplicia ſūt pricipia. ſ. extrinſe
ca vt finis ⁊ effinis. Alia intrinſeca vt mā
⁊ forā. Iterū pricipia extriſeca ſūt dupli//
cia. qꝛ q̄dam ſunt priā. alia ꝓxima. Dicit
ergo ꝙ non omniū ſunt principia eadeꝫ
intrinſeca ymo ſunt diuerſa diuerſorum
alias oīa eſſent eadeꝫ nuēro. Sed pri//
cipia intriſeca ſunt eadeꝫ ſm analogiam
ſimilit etiaꝫ principia extrinſeca non ſunt
eadeꝫ omniuꝫ ymo diuerſorū nam diuerſi
ſūt fines diuerſa agētia ꝓxima. Sed pri//
cipia priā extrinſeca ſunt eadē. omniuꝫ eni
eſt vnū primū efficiēs ⁊ vn⁹ finis. ſ. prim
ens. Vndecimo dubitatur. vtruꝫ ens
⁊ vnū ſignificet hoc aliq̇d ⁊ ſubſtantiam
Arguit ꝙ ſic. qꝛ niſi ens ⁊ vnū ſignificet
ſubſtātiaꝫ ⁊ hoc aliq̇d tunc non poterunt
poni ſeparata ⁊ ſic priā pricipia nō eſſent
ꝑpetua. In oppoſituꝫ arguit qꝛ ſi ens
⁊ vnū ſignificaret hoc aliq̇d. ⁊ ſubſtātiaꝫ
cuꝫ ens ⁊ vnū predicent de oīb⁹ ſequit
ꝙ oīa eſſent ſubſtātie quod falſum eſt
Ad dubiuꝫ dicit ꝙ ens ⁊ vnū non ſigni//
ficāt hoc aliq̇d ⁊ ſubſtātiaꝫ. vñ non ſigni
ficāt rem determinati gñis ſ circuūt oē
genus. vñ ſignificāt ſubſtātiaꝫ ⁊ accidens
ſm quādaꝫ analogiaꝫ qꝛ primo ſignificāt
ſubſtantiam ⁊ per conſequens accidens
Duodecimo dubitatur. vtruꝫ ſubſtātie ſint
pricipia. Arguit ꝙ non qꝛ pricipiorū eſt
ſciētia ſed ſubſtātie non eſt ſciētia. probat
qꝛ ſubſtātie ſunt hoc aliq̇d ⁊ per ſe exñtes
⁊ ſic ſunt ſingularia. ſingulariuꝫ aūt non
eſt ſciētia ergo ſubſtātie non ſunt pricipia
Ad hoc dicēduꝫ ꝙ gñā ⁊ ſpēs ſunt pri//
cipia cognoſcendi. vt ſupra viſuꝫ eſt. Ad
ſcḋam dicit ꝙ licꝫ ſubſtātie non ſint ſim//
pliciter vniuerſales. tñ per intellectū abſ//
trahentē id quod eſt cōmune a cōditio//
nib⁹ indiuidualib⁹ format ratio vniuer
ſalis ſm quā ſunt ſubſtātie intelligibiles
Ratio ante oppoſitū ex dictis ptꝫ.

Queritur ſecundo. ſi ens ⁊
vnū equiuoce dicerent. vtrum de oīb⁹
ētib⁹ eſſꝫ vna ſciētia. Arguit ꝙ de oīb⁹
entib⁹ dicat equiuoce qꝛ quod dicit de
plurib⁹ ſm diuerſas ratōes dicit eque//
cuꝫ. ſed ens ſm diuerſas ratōes dicit de
ſubſtātia ⁊ accidente q̄ ſunt per ſe eſſe ⁊ in
alio eſſe. Secūdo ꝙ non ſufficiat vnitas
analogie ad vnitatem ſciētie qꝛ ſcientia
habetur per demōſtratōem cui⁹ mediuꝫ
eſt ratio vel diffinitio. ſed analoguꝫ non
habet diffinitōem vnaꝫ ergo non eſt ſcie//
tia vna de analogicis. Tertio ſic ſi de oī
bus eſſet vna ſcientia hoc eſſet qꝛ reducit
ad aliquod vnū tunc ſic vel illud ad qḋ
reducitur eſt ens vel ſubſtātia. ⁊ videtur
ꝙ ſubſtantia. q̇a ſubſtātia eſt prior pars
entis ad quā cetere partes debent reduci
Videtur tamen ꝙ non quia tunc ſubſtā//
tia deberet poni ſubiectū ſciētie que cōſi//
derat de omnib⁹ entibus. In oppoſi//
tuꝫ eſt ariſtotiles. pro reſpōſione eſt priō
ſciendum ꝙ methaphiſica cōſiderat ens
inquantum ens ſiue ſecunduꝫ rationem
vniuerſaleꝫ entis ⁊ non ſecūdum ratōeꝫ
particularem huius vel illius entis. ens
autem vniuerſaliter vt dictum eſt dicitur
multipliciter. ideo videndum eſt an di//
cat vniuoce. an analogice vt per hoc ſciat
an de omnib⁹ poſſit eſſe ſcientia vna aut
non. Secūdo ſupponitur ex q̄rto huius
differentia inter vniuocuꝫ equiuocū ⁊ mixt
analoguꝫ. Tertio ſupponitur ex quarto
huius ꝙ ens dicitur analogice de omni//
bus ſecundum diuerſas rationes non tñ
diuerſas omnino ſed per attributionem
ad aliquod vnuꝫ. dicitur eniꝫ ſubſtantia
ſm hāc ratōeꝫ q̄ eſt per ſe eſſe. de accidēte
vero ſm hāc q̄ ē eſſe in alio oīa aūt ac//
cidētia habēt reductōeꝫ ad ſubſtātiaꝫ. vñ

dio demõſtrationis ad demõſtrandum paſſiones de ſubiecto. veruntamen in quibuſdam ſtientijs ſunt fortiores demõſtrationẽs. vt in mathematicis. in quibuſdã debiliores. vt in phi. quedaꝫ enim ſtiẽtie ſumunt ſuum quodquid eſt per ſenſuꝫ pro quãto per accidẽtia cognoſcitur eſſẽ rei. quedã ſumũt quodquid eſt ſumẽtes ab alijs maioribus ſtiẽtijs ſicut particulares ab vniuerſalibus.

**Prima concluſio.** ſtientia naturalis differt ab alijs ſtientijs particularibꝰ ſiue ſint practice ſiue ſpeculatiue probatur primo ꝙ differãt a practicis quia practice ſunt duplices quedaꝫ ſunt actiue alie ſunt factiue. Ubi eſt ſciendum. ꝙ actio ⁊ factio differunt. quia actio eſt operatio manẽs in agente vt intelligere ſentire ſed factio ẽ operatio tranſſiens in materiam extrinſecaꝫ vt ſecare vrere. probatur concluſio quia ſtientia naturalis differt a practicis tam actiuis quã factiuis. primo ab actiuis quia actiue cõſiderant ea quorum principium eſt in agente ⁊ non in agibili. factiue cõſiderant ea quorum principium non eſt in facto ſed in agente modo phi. conſiderat ea quoruꝫ principiuꝫ eſt in hijs que mouẽtur. ergo phi. differt a ſtientijs practicis tam actiuis ꝙ factiuis. Ex quo ptꝫ ꝙ cuꝫ nõ ſit niſi duplex ſtiẽtia practica. ⁊ phi. non ſit aliqua illarũ. ſequitur ꝙ phi. eſt ſtiẽtia ſpeculatiua

**Pro quo eſt ſciẽduꝫ.** ꝙ cũ ipſuꝫ quodquid eſt. ſit principiũ demonſtrationis ⁊ ſtientie. diffinitio autem indicat quodquid eſt. ideo differentia ſtientiarũ debet ſumi ſecundum diuerſum modũ diffiniendi. quia phiſicus conſiderat ea in quorum ratione motus ponitur ⁊ materia ſenſibilis. ſcđ mathematica eſt eorum que abſtrahũt a motu ⁊ a materia ſenſibili. vnde diffinitio phi. eſt ſicut diffinitio ſymi. ſed diffinitio mathema. eſt ſicut curui in qua non poniť materia ſenſibilis. ſed materia intelligibil' vt dictuꝫ eſt in ſeptimo huiꝰ ſed in diffinitione ſymi poniť materia ſenſibilis ⁊ motus

Ulterius eſt ſciendum ꝙ metha. ſtientia differt ab alijs particularibus in tribus primo in materia ſepabil' quia phi. conſiderat ea que concipiũt motũ ⁊ materiã ſenſibileꝫ ſm rem ⁊ cõſiderationeꝫ. ideo cõſiderat entia mobilia omne enim habẽs materiã eſt mobile ⁊ econuerſo. mathe. autem conſiderat ea in quorũ diffinitiõe non ponitur materia ſenſibilis. ⁊ tamen ſm eſſe ſunt coniuncta materie ſenſibili ⁊ ideo conſiderat ea que ſunt immobilia prout cadunt in cõſideratiõe mathema. mathe. autem cõſiderat ea que ſunt penitus ſeparata ſm rem ⁊ diffinitioneꝫ ⁊ hec penitus immobilia ſunt. Ex hijs ptꝫ ꝙ tria ſũt genera ſtientiarũ ſpeculatiuarũ .ſ. phiſica. methaphiſi. ⁊ mathematica. Differt ſecũdo ſtiẽtia vniuerſalis a particularibꝰ dignitate. ⁊ nobilitate. quia ſtiẽtia dicitur dignior aut deterior ſecũduꝫ propriũ genꝰ ſtibile ſed metha. eſt circa obiectũ nobiliſſimuꝫ. ſ. circa diuina ⁊ ſeperata ergo ipſa eſt dignior ⁊ honorabilior. Tertio differt metha. ab alijs in vniuerſitate ſubiecti quia alie ſtiẽtie ſũt circa aliquod genus entis determinatum vt ptꝫ de math. q̄ eſt circa quãtitatẽ. ⁊ phi. que eſt circa res mobiles niſi forte diceretur ſecundum oppinionem aliquorum ꝙ ſubſtantie ſenſibiles ſint prĩe ſubſtãtie ⁊ ꝙ pter eas non ſint alie ſubſtantie. ſed hoc oſtenditur eſſe falſum in ſeqntibus metha. auť cuꝫ non cõſideret de aliquo ente in pticulari ſ; de ẽte in comuni. Naꝫ ad eandeꝫ ſtientiaꝫ pertinet determinare de ente in comuni ⁊ de entibus primis ſeperatis q̄ ſũt priã pñcipia omĩuꝫ entiũ ⁊ ſic ptꝫ ꝙ metha. eſt ſtientia vniuerſalis

**Ad rationes. ad primaꝫ** diciť dupliciter accipiť pticlare. Uno mõ abſolute vt ideꝫ eſt ꝙ ſingulare vel indiuiduũ ⁊ ſic nulla ſtiẽtia eſt ſinglariũ ſiue particulariũ. Alio modo particulare dicitur in reſpectu prout ideꝫ eſt ꝙ minus vniuerſale ⁊ ſic aliq̄ ſtientia eſt particulariuꝫ. Ad ſcđꝫ diciť ꝙ neceſſe eſt aliq̄m ſtientiaꝫ eſſe que cõſideret de ente in communi ⁊ de hijs q̄ per ſe inſunt enti. Naꝫ aliq̄ cõueniunt enti inq̄ntuꝫ eſt ⁊ nõ huic vl' iſti enti ideo nõ ſufficiũt ſtiẽtie pticlares. ſ; pter eas oportꝫ eſſe ſtiẽtiã vniũſalẽ

Ad tertiã dicitur q̄ ſtientie particulares
ſecundum materiam ſunt partes ſtientie
vniuerſalis ſed non ſecunduz formaz naz
ea que cõſiderantur in ſciẽtijs pticulari//
bus poſſunt dupliciter conſiderari. vno
modo naturaliter 7 ſic ſunt partes entis
de quibus cõſideratur in methaphi. que
ſunt entia quedam. Alio modo poſſunt
conſiderari formaliter 7 ſecũduz pprias
ratiões 7 ſic non ſunt partes entis ymo
eſt alia ratio entis inquãtum ens 7 hui⁹
vel illius entis.

**Queritur quinto. Utrum**
aliqua ſtiẽtia conſideret de ente per acci//
dens. Arguit̄ q̄ ſic quia in ſexto huius
philoſophus conſiderat de ente per acci//
dẽs. 7 ſimiliter ſophi⁹. quia cõſiderat de
fallã accidentis. Secũdo ſic metha. cõſi//
derat de ente. ergo cõſiderat de ente per
accidẽs. Tertio ſic ratio ſiue diffinitio eſt
principiũ ſtientie. ſed entis per accidens
eſt diffinitio. ergo eius eſt ſtientia. In
oppoſituz eſt ariſtotiles pro ſolutiõe ſup//
ponit̄ primo. q̄ aliud eſt accidens. aliud
eſt ens per accidens. Accidens enim eſt
quod cõtinetur ſub aliquo genere deter
minãto vt albedo nigredo. vnde de huiuſ//
modi accidente multe ſtientie conſiderãt
eo q̄ habet aliquã ſpetiez 7 cauſaz deter//
minataz. ſed ens per accidens accipitur
ſecũdum compoſitõem vnius cum alte
ro quia. ſ. vnũ in eſt alteri non per ſe ſed
per accidẽs vt albuz muſicũ 7 de huiuſ//
modi ente per accidẽs. nulla ſtientia cõ//
ſiderat. quia habet cauſas in determina//
tas per ſpetiem. Secũdo ſupponitur q̄
ens per accidens poteſt dupliciter conſi//
derari. vno modo ſecundum rationem
vel diffinitionem entis per accidens 7 ſic
de ente per accidẽs poteſt haberi ſtiẽtia
qꝛ ratio entis per accidẽs eſt nobis nota
Alio modo accipitur ens per accidens
pro illo quod eſt ens per accidens 7 hoc
modo hic loquimur de ente per accidẽs

**Prima cõcluſio de ente per**
accidens non eſt nec eſſe poteſt ſtientia
probat̄ inductiue. ars enim edifficatoria
non cõſiderat quicquid accidit domui
vt ſi habitantes in domo ducant vitam
triſtem vel proſperaz. nec ars calciatoria
conſiderat ea que accidunt calciamento
ſed pprius finis cuiuſlibet ſtientie eſt cõ//
ſiderare ſuum proprium ſubiectum 7 ea
que inſunt ſuo ſubiecto. Secundo pro//
batur triplici ratione. prima omnis ſciẽ//
tia eſt de ente. ſed ens per accidens non
eſt proprie ens nec proprie vnum. ergo
minor probatur quia gratia exempli ca//
piatur illud ens per accidens gramaticũ
muſicuz 7 ponatur q̄ aliquis prius exiſ//
tens muſicus efficiatur gramaticus tūc
ſic arguitur entis quod modo eſt 7 non
ſemp fuit eſt generatio. ſed hoc totuz mu//
ſicum gramaticũ modo eſt 7 prius non
fuit. igitur huiuſmodi erat aliqua gñatio
quod factũ eſt quia muſicũ prius exiſte//
bat 7 ſolum factum eſt gramaticũ. Sed
arguitur quia per eandẽ rationẽ proba//
retur q̄ ex materia nõ fieret ens neq̄ vnũ
qꝛ materie 7 forme non eſt ſimul gñatio
cum preexiſtat materia que eſt ingenera//
bilis 7 incorruptibilis. Ad hoc dicit̄ q̄
forma non fit ſed totum compoſitum vt
oſtenſuz eſt in ſeptimo hui⁹ quod quãdaz
totum prius fuit in potẽtia 7 poſt ea to//
tum factum eſt in actu. dicitur etiam q̄
materia non prefuit actu 7 tamen intelli//
gitur in predicto argumento q̄ muſicuz
prefuit actu ſed materia ſolum prefuit in
potentia. vnde non ſequitur quin ex ma//
teria 7 forma fiat vnum vel ens. Secũda
ratio eſt eorum que ſunt ex neceſſitate vel
vt in plurib⁹ eſt ſtientia vt oſtẽditur priõ
poſteriorũ. ſed ens per accidẽs non eſt ex
neceſſitate nec vt in plurib⁹ ſed raro. igit̄
de ente per accidẽs non eſt ſtiẽtia. Ubi eſt

**Sciendum. q̄ cum ens per ac**
cidens ſummat̄ ſecundũ compoſitõem
vnius cum altero q̄ aliqua poſſunt con//
iungi ad inuicẽ dupliciter. vno modo
q̄ vnum ſit cauſa alterius vel q̄ embo
reducantur ad aliquod tertiuz. quod eſt
cauſa illorum 7 ſi tale non ſit impeditum
erit effectus vt in pluribus. Secundus
mod⁹ eſt quãdocunq̄ illa que cõiungũ
tur ſic ſe habent q̄ vnuz non eſt cauſa al//
terius nec reducit̄ ad aliquod tertium q̄
ſit cauſa illorũ 7 tale eſt ens per accidẽs

dicunt entia q̄ ſunt ētis q̄. ſ. paſſio ē ſūt vel diſpoſitōes mot⁹ vel habitus ſubſtā tie q̄ pricipaliter eſt ens. ſilr̄ eſt de ſano ⁊ medicinā que analogice dicunt.

**Prima cōcluſio. ſi ens dicat** pure equoce de oībus ētib⁹ nō eēt ſtiētia q̄ ſtiētia vna ē vni⁹ ſubiecti ſ ſi ens dice// ret pure equoce nō eēt gen⁹ vnū. ergo nō eſſet ſtiētia vna ⁊ loquit hic de gn̄e ſtibili ⁊ non p̄dicamēta|i q̄ ens dicit ab analo gice de om̄ibus entib⁹ ⁊ per reductōnē ad aliquod vnū ſubiectū vt eſt declaratū ergo ſequit q̄ de om̄ibus eſt vna ſtientia Aduertendum eſt tn̄ q̄ illud cōmune ad quod fit reductio omniū eſt ens vel vnū ⁊ non refert dicere ad quod illorū. p̄z q̄a ſi vnū differt ratōe ab ente tn̄ realiter con// uertitur cum eo quodquid enī eſt ens eſt vnū ⁊ ecōuerſo. ⁊ ideo non eſt vis ad q̄d illorū ſit reductio. Eſt etiā aduertēdū q̄ ſicut omniū entiū eſt reductio ad vnum ita eſt reductio omniū cōtrarietatum ad vnā ſiue huiuſmōi cōtrarietas ſit vnum ⁊ plura ſiue ſimilitudo ⁊ diſſimilitudo ſiue quecunq̄ differentie entis. Eſt etiam

**Notandum q̄ ſicut dictum eſt** vnius ſtiētie eſt ſpeculari cōtraria. cuius ratio eſt q̄ vnū cōtrariū ſe habet vt priua tio reſpectu alterius modo priuationis ⁊ habitus eſt eadem ſtiētia. Sed aliq̄s ar// gueret. q̄ non aliq̄ndo quodlibet vnum eorū dicatur ſm̄ priuatōnem ad illud tn̄ q̄ in q̄buſdam eſt mediū ⁊ in priuatiue oppoſitis nō eſt mediū ergo non ſemper vnū cōtrariorum dicit ſm̄ priuatōem al terius. Ad hoc dicendū q̄ alio mō vnū cōtrarium priuat aliō ⁊ priuatio habitū Nam vnū contrariū eſt priuatiuū alteri⁹ nō q̄ priuet totā ratōem ſui cōtrarij ſ q̄ priuat ratōem cōpletam ſui cōtrarij v̄bi gratia iuſtus dicit qui ſm̄ habitū v̄tutis eſt obediēs legib⁹. iniuſtus aūt dicit nō qui omnino caret iuſtitia ſ qui in aliquo iuſtitia deficit. Et p̄pter hoc int̄ cōtraria eſt mediū. ſed priuatio priuat ratōem ſui habit⁹ vt cecitas priuat totā ratōem vi// ſus. ⁊ ideo inter priuatiue oppoſita non eſt medium.

**Secunda concluſio. ſtientia** que cōſiderat de om̄ib⁹ entib⁹ ē metha. probat q̄ ſi ſtiētia que cōſiderat de om̄i// bus entib⁹ non eſſet metha. tūc videret eſſe phi. vel dya. eo quod ſcōm aliquos non ponentes niſi ſubſtantias ſenſibiles phi. cōſiderat om̄ibus entib⁹. dya. etiam eſt ſtiētia cōmunis que cōſiderat cōmu// nes intentōes cuilibet enti applicabiles q̄ aūt phi. ⁊ dya. non cōſiderant de om̄i bus entib⁹. p̄z primo. non phi. quia phi. non cōſiderat entia inquantum entia ſed inquantū ſunt cōiuncta motui ⁊ q̄litati// bus ſenſibilib⁹. Dya. etiam nō cōſiderat ens ⁊ accidētia entis. ſ cōſiderat ens ra// tōis quod per actū intellect⁹ attribuunt rebus. vn̄ relinq̄tur q̄ ſtiētia cōſiderans de om̄ibus entib⁹ eſt metha. Ad ratōes ad primā dicit q̄ ens non dicit de om̄i// bus entib⁹ ſm̄ ratōes penitus diuerſas ſ per attributōem ad aliquod vnū vt dic tū eſt. Ad ſcōam dicit q̄ analogi non eſt ratio ſimpliciter vna ſed ſm̄ analogiā pro quāto eſt reductio pluriū ad vnū ad q̄d eſt reductio hoc aūt ſufficit ad ſtientiā vt dicit in primo poſteriorum ſi ſubiectū ſit analogū ⁊ paſſio. analoga. Ad aliā dictū eſt q̄ illud vnū ad quod fit reductio eſt ens vel vnū. dicit tn̄ q̄ duplex poteſt eſſe reductio ad vnū. vno mō tanquā ad cō mune analogū ⁊ ſic reductio om̄ium eſt ad ens vel vnū. Alio mō tanquā ad p̄ri// cipale mēbrum ⁊ hec eſt reductio om̄iū ad ſubſtantiā tanquā ad principaliorem partem analogie.

**Queritur tertio. Utrum ad** metha. ſpectet cōſiderari p̄cipia prima demōſtratōis. Arguit q̄ non q̄ cōſide// rare prima p̄cipia demōſtratōis pertiēt ad logicā illa enim diſputat de p̄cipijs omnium ſtientiarū ergo non ad metha. Secūdo om̄es ſtiētie vtuntur principijs demōſtrationis per ea nanq̄ ſtabiliūtur p̄cipia om̄ium ſtientiarū. ergo cōſidera re prima principia demōſtrationis non magis pertinet ad metha. quā ad alias ſtientias.

**In oppoſitū eſt ariſtotiles** ad dubium ponitur cōcluſio. cōſiderare prima principia ſpectat ad metha. in ſua cōmunitate. probat ſic quia metha. hab̄ ea cōſiderare in ſua cōmunitate que non

cōſiderant in alijs ſciētijs ꝑticlarib⁹ niſi
cōtrahendo ⁊ applicādo ea ad aliquam
materiā. ſed cōmunia pricipia non cōſi//
derant in ꝑticularibus ſciētijs in ſua cō//
munitate ſed cōtracta ⁊ applicata ad ali
quaȝ materiam vt ptȝ primo de mathe.
hoc eniȝ principiuȝ ſi ab equalibus eq̄lia
demas nō ſi cōſideraƚ ab ariſmetrica. vl'
geo. in ſua comuītate. ſ; cōſideraƚ per ap
plicatōeȝ ad magnitudiēs ⁊ ab ariſme//
trica per applicatōeȝ ad nuēros ſ; vt eſt
pricipiuȝ in ſua cōmunitate conſideratur
a methaphiſico quod etiam ptȝ de ſciētia
naturali. natural' eniȝ cōſiderat principia
⁊ ꝓprietates entiū non inq̄ntuȝ entia ſunt
ſ; inquātuȝ mota. cōſiderare aūt pricipia
ētiū inq̄ntū huiuſmōi ſpectat ad metha.
Secūdo probaƚ cōcluſio q2 prima prin//
cipia demōſtratōis ſūt digniores oīb⁹
note ad hoc auƚ ꝙ ſint oīb⁹ note opoȝ
tet ꝙ cōſtituanƚ ex terminis cōmunib⁹ cui⁹
ſunt ens ⁊ non ens equale totū ⁊ pars. ſ;
cōſiderare huiuſmōi termiōs cōmunes
ſpectat ad metha. ergo ad metha. ſpectat
cōſiderare prima pricipia demōſtratōis

**Secunda cōcluſio. inter pri**cipia demōſtratōis eſt aliquod pricipiuȝ
ſ. ꝙ non cōtingit eidem ⁊ idem ſimul in
eſſe ⁊ non ineſſe ſm̄ ideȝ. ptȝ quia ſicut in
incōplexis fit reductio vſq3 ad aliqd̄ vnū
pricipiuȝ quod in omni alio includitur ⁊
illd̄ eſt ens. ita incōplexis eſt reductio ad
aliquod primū pricipiuȝ demōſtratōnis
⁊ illud pricipiuȝ. ſ. ineſſe ⁊ non ineſſe eidē
⁊c. cōſtituntur ex illis. ptȝ q2 cōſtituitur ex
iſtis terminis ens ⁊ nō ens. ens auƚ ⁊ non
ens ſunt que primo cadūt in cognitione
noſtra ⁊ in oīm alio intellectū ergo illud
eſt primū pricipiuȝ. Unde notāduȝ eſt ꝙ
circa primū pricipiuȝ non cōtingit errare
⁊ hoc in mente nec etiaȝ primū principi//
uȝ poteſt demōſtrari ſimpliciter quia tūc
demōſtrareƚ per aliqd̄ prius ⁊ notius ſ;
poteſt demōſtrari ad hominē ſicut ariſ//
totiles demōſtrat ipſum cōtra negantes
ipſuȝ pricipiuȝ. verūtamē q2 adducit q̄ſi
eaſdeȝ ratōes cōtra negātes ipſuȝ ſicut in
q̄rto. ideo ratōes ſue pro nūc dimittunƚ

**Ad rationes ad primam di**citur ꝙ dyalectic⁹ ⁊ methaphiſic⁹ aliter cō
ſiderāt prima pricipia demōſtratōis q̄a
dyalectic⁹ habet ꝓbare pricipia demōſtra
tōis per ratōes ꝓbabiles. methaphiſic⁹
vero intēdit ea ꝓbare ꝓcedendo ex ratō//
nib⁹ per ſe notis. Ad ſcdām dicƚ ꝙ licȝ
ꝑticulares ſciē vtanƚ pricipijs demōſtra//
tōis non tamē vtunƚ ip̄is in ſua cōitate ſ;
applicatis ad aliquā materiā ⁊ etiaȝ vtū//
tur eis quaſi acceptis ⁊ ſuppoſitis ex ſciē//
tia methaphiſice. Sequitur textus.

**Queritur quarto. Utrum**
preter ſciētias ꝑticulares ponēda ſit ſciē
tia vniuerſal' ab alijs diſtincta. Et q2 ip̄e
ſupponit ꝙ ſit aliq̄ ſciētia ꝑticlaris ideo
cōtra ſuppoſitū arguiƚ ꝙ oīs ſciētia eſt
vniuerſaliū. ſenſus auƚ ſinglariuȝ vt habȝ
ariſtotiles. ergo nulla eſt particlaris. Se//
cūdo ſic cōtra q̄ſituȝ q̄a ponēdo ſciētias
ꝑticulares ſufficiēter determiātur de vnoq3
ergo p̄ter eas non eſt ponēda ſciētia vni//
uerſalis añs ꝓbaƚ q̄a in phi. determinaƚ
de entib⁹ motui cōiunctis ⁊ materie ſm̄
rem ⁊ ratōeȝ. ſed in mathe. de cōiunctis
materie ⁊ motui ſm̄ rem ⁊ nō ſm̄ ratōeȝ
ſiue diffinitōeȝ. ⁊ ſi in metha. determinaƚ
de ſeparatis a motu ⁊ materia ſenſibili ſm̄
rem ⁊ ratōeȝ abſq3 hoc ꝙ determineƚ de
ente inquātuȝ ens erit ſufficiēter determi
natuȝ de vnoq3 genere entiū. Tertio ſic ſi
vniuerſal' ſciētia ponaƚ non erit diſtincta
a ſciētijs ꝑticularib⁹ quia pars non diſti//
guiƚ cōtra totū ſ; ſciētie particulares ſunt
partes ſciētie vniuerſalis. In oppoſitū
eſt philoſophus pro reſponſioē eſt priō

**Sciendum ꝙ ad ſciētias parti**culares pertinere videtur duo. primuȝ eſt
oīs ſciētia ꝑticularis req̄rit aliqua prīci
pia ⁊ aliquas cauſas eſſe circa ꝓpriuȝ ge//
nus ſenſibile. notāter dicƚ aliq̄ pricipia ⁊
aliquas cauſas q2 non oīs ſciētia ꝑticu
laris cōſiderat oē genus cauſe vt ptȝ de
mathe. dicƚ circa ꝓpriū genus q2 q̄libet
ſciētia ꝑticularis attribuit ſibi aliqd̄ gen⁹
entis diſtinctū ab alio gn̄e ſcibili vt patet
de medicinā ⁊ nāli. Scd̄m ē ꝙ q̄libet ſciē//
tia p̄ſuppoīt quodq̄d ē ſui gn̄is ſubiecti
⁊ non inueſtigat ip̄m ſm̄ quod dicƚ per
mo poſteriorum de ſubiecto cuiuſlibet
ſciētie debȝ preſupponi ꝙ eſt ⁊ quia eſt ⁊
ipſo quodquid eſt vtitur tanquam me//

⁊ ſic ens per accidens eſt raro ut cuȝ dicit
muſicus edificat. naȝ muſica non eſt cau
ſa edificandi. Tertia ratio omnis ſcien//
tia habetur per cauſaȝ. patȝ per diffinitio//
nem ſcire. ſcire enim eſt rem per cauſam
cognoſcere in primo poſterioruȝ. ſed en//
tis per accidens non ſunt cauſe determi//
nate. vel per ſe ſicut entis per ſe. ergo eiꝰ nõ
eſt ſcientia. minor probatur. quia ſi entis
per accidẽs eſſent cauſe per ſe ⁊ determi//
nate. ſequeretur ꝙ ens per accidens eſſet de
neceſſitate. patȝ ſi ponatur ꝙ effectus cauſe
contingẽtis ſit poſita cauſa in preſenti vel
in preterito. que quidem cauſa ſit per ſe ⁊
tali poſita ponatur effectus. cuȝ ergo talis
cauſa ſit ⁊ ad cauſaȝ de neceſſitate ſequatur
effectus. ſequitur ꝙ futuruȝ cõtingẽs ut de
neceſſitate. Forte diceretur ꝙ cauſa effectꝰ
contingẽtis non eſt poſita in preſenti. nec
in preterito. ſed adhuc eſt futura. Sed cõ//
tra quia ſi cauſa ſit futura erit futura in ali//
quo diſtanti tempore a tempore preſenti
ergo queretur de cauſa illius cauſe. utrũ
ſit in pñſenti. aut non. ⁊ tandem deuenietur
ad cauſam que eſt in pñſenti cuȝ ergo ad
illã de neceſſitate ſequitur effectus ſequitur ꝙ
omnis effectꝰ futurꝰ de neceſſitate erit ex pre
dictis patȝ ꝙ cuȝ ens dicitur de ẽte quod ſigni
ficat veritatem propoſitiõis uno modo
⁊ alio mõ de ente per accidẽs de neutro
horum ſpectat ad methaphiſicũ. non de
ente quod ſignificat verum propoſitiõis
quia tale ens eſt ens in anima. ⁊ metha.
conſiderat ens extra animaȝ. nec de ente
per accidens quia entis per accidens ſunt
cauſe infinite ⁊ inordinate.

**Ad rationes. ad primã dicitur**
ꝙ bene ꝓbat ꝙ methaphiſicꝰ cõſiderat
ens per accidẽs ſm eius cõmuneȝ ratio
nem vel etiam cõſiderat ens per accidẽs
ut ipm excludat a pricipali intentiõe huiꝰ
ſciẽtie. De ſophiſtica dicitur ꝙ quãtuȝ ad
uſuȝ nõ eſt ſciẽtia ſicut allegatur in textu
ubi dicitur ꝙ ſophiſtica verſatur circa nõ
ens. Ad ſcdam dictũ eſt ꝙ ens per acci//
dens non eſt ens ꝓprie ſicut nec unũ ſed
ſolum eſt ens ſecũduȝ quid ultima ratio
ſoluta eſt ex dictis. ⁊ ſic eſt finis. xi.

**Circa duodecimũ**
**Utrum materia ⁊ formã**
ſint principia ſubſtãtie
ſenſibilis dimiſſis ar//
gumentis alias factis
reſpondebitur per pro
poſitiones. Prima eſt. ad mathaphiſicã
pertinet determinãre de ſubſtãtia. patȝ pri//
mo quia ſubſtantia eſt prior alijs ẽtibus
⁊ eſt primum ens. unde cuȝ metha. cõſi//
deret de ente. ſequitur ꝙ habet cõſidera//
re de ſubſtantia. Secũdo quia ſubſtãtia
ſimpliciter dicitur ens. ens enim dicitur
quod habet eſſe. ſubſtantia autem habet
eſſe. ideo dicitur ſimpliciter ens. Alia vero
ut quãtitas qualitas huiuſmõi non ſunt
ſimpliciter entia unde non dicũtur entia
quia ſunt ens. ſed quia per ea aliquid habet
eſſe. albedo enȝ dicitur ens quia per eam
aliquid dicitur ens quia per eam aliquid
dicitur album. Tertio quia nullum
illorum entiuȝ ſeperabile eſt a ſubſtantia
ideo in cõſideratione ſubſtantie quodã
modo clauditur cõſideratio illorũ entibꝰ
Et quia antiqui philo. ſolum conſidera//
uerunt principia ⁊ cauſas ſubſtãtiarum
⁊ non aliorum entium ⁊ hoc ſignum eſt
ꝙ ſubſtantia principaliter cadit ſub con//
ſideratione methaphiſice. Secũda pro
poſitio tres ſunt ſubſtãtie. quedam ſunt
ſenſibiles ⁊ corruptibiles ut elementa ⁊
mixta ex eis. Quedaȝ ſunt ſenſibiles ⁊ in//
corruptibiles ut corpora celeſtia. alie ſũt
que nec ſunt ſenſibiles nec corruptibiles ut
ſubſtantie ſeperate. Nunc de ſubſtantijs
ſenſibilibus videbitur ⁊ poſtea de inſen
ſibilibus. Tertia propoſitio materia eſt
in omni re ſenſibili. probatur ſic quia omnis
ſubſtantia ſenſibilis eſt mutabilis. omnis
autem mutatiõ eſt ex cõtrarijs aut oppo
ſitis. ſed cõtrarijs oportet ſub eſſe mate//
riam vel ſubiectũ. Quod aut contrarijs
oporteat materiaȝ aut ſubiectum ſub eſſe
patȝ ex duobus. Primo quia unuȝ con//
trariorũ non fit aliud ut albedo non fit
nigredo. unde preter contraria oportet eſſe
ſubiectum quod quãdoqȝ ſit ſub uno cõ
trario quãdoqȝ ſub alio. Secundo quia
in omni mutatione eſt aliquid quod ſemp
manet. ſ. materia vel ſubiectum ⁊ aliquid

quod non manet.ſ. vnum cõtrariorum
Quarta ꝓpoſitio materia eſt de ſe in po//
tentia ad vtrunqꝫ contrariorum nullum
habens actũ vt materia que eſt ſubiectũ
generationis ⁊ eſt de ſe in potentia ad ter//
minũ generatõis.ſ.ad formam vel priua
tionem. Et ſubiectum alterationis eſt de
ſe in pot ntia ad contraria q̄ ſunt termini
alteratõis. Ex predictis ptz ſolutio dubij
antiquorum qui ſic arguebant quod fit
fit ex ente aut ex nõ ente.non ex nõ ente qꝛ
ex nichilo nichil fit nec ex ente. quia tunc
aliquid eſſet antequaz fieret.ſolutio ptz ex
dictis.quia quod fit.fit ex ente in potẽtia
non ex ente in actu. vnde non ens dicitur
tripliciter.vno mõ quod omnino nichil
eſt.⁊ de tali non ente nichil fit per genera//
tionem. Alio modo non ens dicitur ipſa
priuatio que eſt per ſe non ens ⁊ ens per
accidens ratõne ſubiecti in quo ẽ ⁊ ex tali
nichil fit niſi per accidẽs qꝛ.ſ. aliquid fit
ex ſubiecto cui accidit priuatio. Alio mõ
non ens dicitur quod non eſt ens actu
eſt tamen ens in potentia ſicut materia
vnde hoc modo ex non ente aliquid fit
Ex predictis ptz ꝙ licz in omni ſenſibili
ſubſtãtia ſit materia. alia eſt tamen ma//
teria in ſenſibilibus ſubſtantijs ⁊ ſempi//
ternis ſicut in celis.⁊ alia in genrabili//
bus ⁊ corruptibilibꝰ. ptz quia per trãſ//
mutationem ⁊ motuz habetur cognitio
materie. cum ergo ſubſtãtie corruptibi//
les ſint tranſmutabiles. quia in eis eſt
materia in mixta priuationi ad formam
Subſtantie vero ſenſibiles ⁊ ſempiterne
ſoluz ſunt mutabiles ad vbi.vnde in eis
forma eſt pncipium cuiuſlibet ſubſtãtie
ſenſibilis hec ꝓpoſitio de facili ptz.quia
cum in ſubſtantijs ſenſibilibus ſit mate
ria materia autem non habz eſſe niſi per
formam. ſequitur ꝙ forma eſt princi//
pium ſubſtantiarum ſenſibilium vbi

**Sciendũ ꝙ differẽtia eſt inter**
cauſas agentes ⁊ formam. qꝛ cauſe agẽ//
tes preexiſtunt ſuis effectibus.ſed forme
nõ ſunt ſeperate a ſuis effectibus. forma
enim ſimul incipit eſſe ⁊ nõ eſſe cum effec//
tu.vnde ſimul eſt ſanitas ⁊ homo ſanatur
vnde forme non preexiſtũt ſuis effectibꝰ
licz enĩz nulla forma ſit ante productõez
ſui effectus nichil tamen prohibz aliquã
formam remouere poſt corruptionem
compoſiti ſicut anima intellectiua. Ex
quo patent duo cõtra oppinionẽ auero//
ys de intellectu. Primum eſt ꝙ intellec//
tiua anima nõ eſt ſubſtãtia ſepata. ymo
ſecũdum ariſtotilem eſt forma hominis
Secũdum eſt ꝙ anima intellectiua non
eſt ante corpus vel hominez licz maneat
poſt corrupto corpore. hoc autẽ non po//
teſt ſtare cum oppinione auero ys Eſt
tamen aduertendum ꝙ cum dictum eſt
ꝙ formã non eſt ſepata a ſuo effectu intel//
ligitur de formã que eſt altera pars com//
poſiti ⁊ nõ de forma exemplari.forma ex
emplaris ſepata eſt quẽadmoduz cau//
ſa efficiens.

**Queritur ſecundo. Utrum**
ſint eadem principia omnium.ſ. ſubſtã//
tiarum ⁊ accidentium. Arguitur ꝙ non
quia aut huiuſmodi principia eſſent pter
ſubſtantiam ⁊ alia genera. aut in genere
ſubſtantie ⁊ alijs generibus.non primuz
quia nichil eſt quod ſit in aliquo genere
nec ſecũdum quia principia ſunt homo//
genea cuz pncipiatis. ergo pncipia om//
nium entium non ſunt in eodem genere
tantuz vt in genere ſubſtantie vel in alio
genere. Secundo.vnitas pncipiatorum
eſt ex vnitate principiorũ. ſed non omnia
ſunt eadem. ergo non omnia ſunt eadem
principia. In oppoſitum videtur eſſe
ariſtotiles pro ſolutione ſupponitur pri//
mo ꝙ duplicia ſunt pncipia.ſ. intrinſeca
.ſ. materia ⁊ forma ⁊ priuatio ſiue actus
⁊ potentia. Alia ſunt extrinſeca.ſ.efficiẽs
⁊ finis. Et iterum duplitia ſunt principia
quedaz ſunt principia prima ſimpliciter
vt primum agens.alia ſunt proxima vt
equus eſt principium proximum gene//
rationis equi.⁊ ars medicine. ſanitatis
Secũdo ſupponitur ꝙ vnum vel idem
dicit̃ quatuor mõis.ſ. vnuz nuẽro. vnũ
ſpẽ.vnũ gñe ⁊ analogia: vt ptz.v.huius

**Prima cõcluſio. non om**
nium ſunt eadez principia ſpetie vel gñe
proxima ſiue loq̃mur de pncipijs intrin
ſecis ſiue extrinſecis ptz.quia entia diſtin
guntur genere penes proxima principia
.ſ.penes cauſaz efficientez ⁊ finalez .ergo

efficiens proximuȝ ⁊ forma non ſunt eadem. ⁊ q̄a materia propria eſt ad formā propriam. ſequitur ꝙ non eſt eadem materia propriā. verbi gratia aliud eſt efficiēs proximuȝ ⁊ aliud forma equi ⁊ alia aſini etiam in artibus aliquod eſt principium domus ⁊ aliud eſt principium ſanitatis

**Secunda concluſio· om̄ium** ſunt eadem principia prima ⁊ extrinſeca .ſ. efficiens ⁊ finis ptȝ. quia in mouentibus eſt deuenire ad aliquod primum ⁊ aliud eſt cauſa om̄iuȝ efficiēs ⁊ etiaȝ finis

**Tertia concluſio· omnium** ſunt eadem principia intelligendo tam de principijs intrinſecis quā extrinſecis ſecundum analogiam. ptȝ tribus mōis quia materia ⁊ forma ſunt pricipia omnium ⁊ efficiens ſicut enīȝ in aliquo gn̄e vno eſt aliquod principiuȝ ſe habens ſicut materia. ⁊ aliud ſicut forma. ⁊ aliud ſicut priuatio. ita etiaȝ in alio genere. ⁊ ſic in genere colorum album ſe habet ſicut forma. nigruȝ vt priuatio ⁊ ſuperficies vt materia. ita in conſideratōe diei vel noctis lumen ſe habet vt forma. tenebra vt priuatio. aer vt materia. Secundo omnium ſunt eadem principia. quia principia ſubſtātie ſunt etiam principia alioruȝ generuȝ vt materia ⁊ forma q̄ ſunt principia ſubſtantie ſunt etiaȝ principia alioꝝ quia deſtructis primis ſubſtantijs om̄ia alia deſtruūtur. Tertio non eadem ſunt principia analogia pro quanto principia omnium ſe habent vt actus ⁊ potētia. vt facile eſt declarare. veruȝ eſt tamē potētia ē alia ⁊ alia. ⁊ aliꝰ actus ⁊ alius in diuerſis. ſicut dictum eſt ꝙ materia ⁊ forma proxiā ſunt alie ⁊ alie in diuerſis. ⁊ iterū aliter inueſtigatur potentia in quibuſdā ⁊ aliter in alijs. quedam enim ſunt que quandoqȝ inueniūtur in actu ⁊ q̄ndoqȝ in potētia. vt generabilia ⁊ corruptibilia Alia ſunt ſemꝑ in actu ⁊ ſempiterna vt corpora ⁊ celeſtia.

**Ad rationes· ad primā dicit** ꝙ principia eorum que ſunt alicuius generis ſunt in genere illo non ſicut ſpecies ſed ſicut principia illius generis vt materia ⁊ forma que ſunt principia ſubſtantie ſunt in gn̄e ſubſtantie ⁊ pūctus ⁊ vnitas que ſunt principia quantitatis. veruȝ eſt tamen ꝙ inquātum principia ſubſtantie ſunt principia alioꝝ poteſt dici quia prima pricipia ſimpliciter ſūt in gn̄e ſubſtātie. Scōa ratio arguit ꝙ non ſunt eadeȝ principia proxima quod conceditur vt dictum eſt.

**Queritur tertio· Utrum ſit** neceſſe eſſe aliquam ſubſtantiā primam ſempiternam. ⁊ immobilem. Arguitur ſic. ꝙ non ſit neceſſe ponere aliquā ſubſtātiam primam. qꝛ om̄ia que ſunt poſſunt reduci ad alias cauſas vt pote que naturaliter fiunt ad naturaȝ. ⁊ que volūtarie fiunt ad voluntatem ergo. Secundo ꝙ talis non ſit immobil' quicquid eſt ꝑfectionis in iſtis inferiorib' ꝓuenit a motu corpora enim perfectiora plus habent de motu ſicut corpora celeſtia. ⁊ terra ꝓpter ſui imperfectōem manet immobil'. ergo ſubſtātia priā non eſt immobil'. Tertio ſic vel de nouo incipit agere prius quaȝ non agit ſine ſui mutatiōe ſed ſecundum fidem catholicā deus de nouo producit mūduȝ. ergo in eo fuit mutatō. Quarto ſic ꝙ prima ſubſtātia non ſit ſempiterna quia quicquid habet potētiaȝ admixtaȝ eſt corruptibile vt ptȝ ſeptimo huius. ſed in prima ſubſtantia eſt potentia. ergo eſt corruptibilis. minor probat̄ q̄a dicimꝰ deum poſſe agere. tum quia effectꝰ imitatur cauſam. nullus autē effectus inuenitur quin in eo ſit potētia. ergo in deo ē potētia. In oppoſitum eſt ariſtoteles hec tria videbuntur in queſtione. primo videbitur ꝙ eſt dare vnuȝ ſoluȝ ens immobile quod dicit̄ prima ſubſtantia ſeu prima cauſa. Secundo ꝙ primum ens eſt perpetuuȝ. Tertio ꝙ eſt actus purus nichil habens de potentia.

**Prima concluſio· neceſſe eſt** eſſe primuȝ ens ⁊ incorruptibile. ptȝ concluſio primo ex ꝑte motus ratōe ariſto. tertio phiſi. om̄e quod mouetur ab alio mouetur. ſed aliquid mouetur vt ptȝ ad ſenſum. ergo mouetur ab alio. vel ergo illud mouetur ab alio vel eſt immobile. ſi eſt immobile habet̄ ꝓpoſitū ſi mouetur

ab alio vel illud iterum mouetur ab alio ⁊ cum non ſit proceſſus in infinitū ſequitur ꝙ eſt dare aliquod primū ⁊ immobile. Scḋa ratio eſt in ſecūdo methaphyſice in ordine cauſarum. ⁊ eſt talis. in ordine cauſarum efficientiū eſt ordo. ſed in tali ordine non eſt proceſſus in infinitum. ergo eſt aliqua cauſa efficiens. ⁊ ita ad propoſitū. probatur minor. quia in cauſis efficientibus ordinatis prima eſt cauſa ſecūde ⁊ ſecūda tertie ⁊ ſic de alijs ſed cauſa remota remouetur effectus. ergo ſi non ſit primā cā nulla omnino erit cauſa Et ſi procedatur in infinitum non erit prima. ergo impoſſibile eſt in cauſis procedere in infinitum. Tertia ratio ſumitur ex iſto duodecimo que talis eſt. ſi primū ens eſſet mobile aut mouetur motu locali aut alio. ſi alio tunc eſſet corporale quod probatur quia omne quod eſt alterabile aut augmentabile eſt corporale vt habetur primo celi. ſed infra oſtendetur primū mouens non eſſe corporale. ergo non mouetur alijs motibus quam motu locali cum motuū localium motus circularis ſit primus. mouetur ergo motu circulari quod nō poteſt eſſe. qꝛ ſi primum mouens moueret motu circulari moueret ⁊ mouetur eodē motu tūc eſſet in actu ⁊ in potētia. vñ ſicut primū alterās. ſ. celū eſt inalterabile. ita primū mouēs quod mouet motu circulari ē imobile motu circulari vñ relinquitur ꝙ primꝰ ē imobile. Aduertēdū eſt tñ ꝙ motus dicitur dupliciter. vno modo vt eſt actus entis in potentia ſecundum ꝙ huiuſmōi ⁊ ſic intelligendum eſt de motu cum dicitur ꝙ primum mouens eſt immobile. Alio modo capitur motus cōmuniter prout etiam operatio dicitur motus vt intelligere velle ⁊ ſic de alijs. ⁊ ſic primū mouens ſeipſm mouet. ſ. intelligendo ⁊ diligendo ſe ſicut poſuit plato Quantum ad ſecundum punctum ponitur

## Concluſio. primum ens eſt

ſempiternum ꝓꝫ primo ratione ariſtotilis ſumpta ex proprietate motus. Et eſt talis primum mobile mouetur motu ſempiterno vt dicitur octauo phiſi. ſed motus ꝑpetuus ē a motore perpetuo. ergo primum mouens eſt ſempiternum. Ex cōcluſione ſequitur ꝙ primū mouens nō ſolum eſt motiuum aut effectiuū ſed eſt actu mouēs ⁊ operans. alias motorꝰ primus non eſſet ꝑpetuus. ſed quia ratio ariſto. procedit ex falſo fundamento videlicet ꝙ motus primꝰ ſit ſempiternus qꝛ ſm fidem catholicam motus ⁊ mūdus eſſe inceperunt. ideo alia ratione probatur concluſio que talis eſt. ſi mundus de nouo incipiat eſſe cū nichil educat ſe de potētia oportet ꝙ ab alio ſit mūdus ꝓducꝰ in eſſe. quodquid ē vel erit eternū vel productum ab alio. Si primū habetur intentum. ſ. ꝙ primum ens eſt ꝑpetuū. ſi ſc̄ ab alio iterum de illo queretur cū non ſit procedere in infinitū in cauſis procedentibꝰ neceſſe eſt eſſe aliquā cauſā ſempiternam. Tertia ratio ſumitur ex conſideratione eorum que ſunt poſſibilia eſſe ⁊ non eſſe ⁊ eſt talis. ſcḋm habetur ꝑ tꝫ ſūt multa entia poſſibilia eſſe ⁊ non eſſe. ergo ad hoc ꝙ appelletur ens eſſe oportet ꝙ ſit ab aliqua cauſa. qua oportet eſſe de neceſſitate. vel ergo huiuſmōi cauſa neceſſaria habet neceſſitatē ſuā vel ab alio vel a ſe ⁊ cum non ſit proceſſus in infinitum in hijs que habent cauſā ſue neceſſitatis ab alio neceſſe eſt deuenire ad aliqḋ qḋ habeat in ſe cauſam ſue neceſſitatis. ſed tale primū eſt ens ⁊ ſempiternum. ergo neceſſe eſt primum ens eſſe perpetuum

## Quantū ad tertiū ponitur

Concluſio. prima ſubſtātia que deus eſt ē actus purus vel habēs potētie. probatur concluſio primo ex dictis. primo qꝛ omne quod habet potentiam ſecundum ꝙ in eo eſt potētia poteſt eſſe ⁊ non eſſe ſed oſtenſum eſt primam ſubſtantiā eſſe ſempiternā. ergo prima ſubſtantia eſt actus purus nichil habens de potētia. Scḋa ratio ſumitur ex proprietate ſubſtantie q̄ talis eſt. quia licet in eo quod quandoqꝫ eſt in actu ⁊ quandoqꝫ in potentia. potētia ſit prior actu tempore. tamen ſimpliciter actus prior eſt potentia. quia nichil educit ſe de potentia in actum niſi per aliquid qḋ eſt in actu ſiue per aliud. ſi ergo aliqua ſubſtantia non ſit purus actus ſed aliquid habēs de potētia ſequitur ꝙ non

eſt prima. relinquitur ergo ꝙ prima ſubſtantia eſt actus purus. Tertia ratio vnū quodqꝫ agit ſecūdū ꝙ eſt in actu. ſi ergo aliquid non ſit purus actus ſequitur ꝙ non agit ſe toto. ſꝫ aliquo ſui. ⁊ ſic nō erit primum relinquitur ergo ꝙ primū ens ſiue prima ſubſtātia ſit actus purus ⁊ in eo non eſt potentia. Eſt tamen aduertendum ꝙ duplex eſt potentia. quedā eſt paſſiua materie ſecūdum quā aliquod ſubiectū recipit mutatōem ⁊ talis excluditur a primo ente. Alia eſt potētia actiua ⁊ talis eſt in primo ente ⁊ eſt idem qd̄ ſua ſubſtantia. Ex concluſiōe ſequitur ꝙ primum ens nec eſt materia nec habens materiā. ſed eſt illud qd̄ eſt actu. Scd̄o cum omne habens materiam eſt mobile vt viſū eſt in precedentibus ꝙ primum ens ē immobile. Ex quibus ptꝫ ꝙ ab ſurda eſt poſitio illorum qui dixerunt primū ens eſſe idem cum materia primo poſteriorꝫ. Ratio fuit quia ſi deus ⁊ materia priā differrent tunc per aliquid differrent ⁊ ſic vtrūqꝫ eorum eſſet compoſitū ſed hec ratō prouenit ex ignorantia inter differens ⁊ diuerſum. differētia enim dicūtur que in aliquo conueniunt ⁊ in aliquo differunt ſicut due ſpēs in gnē cōueniunt ⁊ differūt per differētias. ſꝫ diuerſa ſunt que ſe ipſis differunt. ⁊ non per aliquid ſuperadditum. vnde licet deus ⁊ materia prima non ſint differētia. tamen ſunt diuerſa.

**Ad rationes. ad primā di**citur ꝙ natura non agit niſi prius mota ideo ea que fiunt a natura oportet reducere ad priorem cauſam. dicitur etiam ꝙ quia voluntas humana eſt variabilis oportet ſuper eam ponere cauſam inuariabilem. Ad ſecundam dicitur ꝙ licet in hijs q̄ nata ſunt moueri vt in habentibus materiā que ſunt perfectiora plus participāt de motu locali. tamen perfectius eſt ſimpliciter ꝙ aliqua careant materia ⁊ motu. Ad tertiam dicitur ꝙ prima cauſa de nouo incepit agere non per mutationem factam in ea. ſed per mutationem factam in re producta. Ad quartam dicitur ꝙ ipſa pro prima parte oſtēdit ꝙ in deo ſit potentia actiua. Et cum ſecundo arguitur ꝙ effectus imitatur cauſam. dicitur ꝙ licet effectus imitetur cauſam non tamen poſſunt attingere ad perfectōnem cauſe. vnde repugnat alicui effectui ꝙ ſit purus quia omnis effectus eſt in potentia que eſt in illo vel in potentia que eſt in cauſa ⁊c̄.

**Queritur quarto. Utrum** primus motor moueat celum ſicut bonū appetibile aut intelligibile. Arguitur ꝙ non. quia appetibile habet ratōem finis. ſed in immobilibus non eſt finis qꝛ finis eſt terminꝰ motus. Scd̄o ſic bonū appetibile nō mouet niſi ſit apprehenſū ſed celum caret cognitione ⁊ apprehenſione. ergo non mouet ſicut bonū appetibile. Tertio ſic primus motor celū mouet ⁊ etiam omnia per modum efficiētis ſed idem non mouet per modum finis ⁊ efficiētis. quia finis ⁊ efficiens non coincidunt in idem. ergo motor non mouet p̄ modū finis ſiue appetibilis. In oppoſitū eſt ariſto. pro reſpōſione ē priō

**Sciendum ꝙ aliquid dicitur** mouere dupliciter. vno modo ꝓprie. ſꝫ p̄ modū efficientis. vnde efficiēs eſt principium vnde motus ſicut ignis calefacit Alio modo dicitur aliquid mouere per modū finis ſicut agēs mouetur ad agendum propter finē. Et quia eadē eſt ratio boni ⁊ finis ⁊ bonū nō mouet niſi apprehenſū idem eſt differētie ꝙ aliquid mouet per modū finis ⁊ ꝙ mouet ſicut qd̄dam appetibile ⁊ intelligibile.

**Secundo ſciendū ꝙ primꝰ** motor mouet celum per modum finis ſicut bonū appetibile ⁊ intelligibile. probatur quia eſt mouēs non motum. ergo eſt mouens ſiue mouet ſicut appetibile ⁊ intelligibile. probatur conſequentia q̄a duplex eſt motus quidam eſt naturalis alius eſt voluntarius ſiue ſecūdum appetitum. in motu naturali mouens eſt generans ⁊ alterans. generans autem ⁊ alterans aliterꝰ ⁊ aliter ſe habent vel ſecundum ſubſtantiam vel ſecundum qualitates ſicut hec inferiora. vel ſecundum locum ſicut corpora celeſtia. Unde patꝫ

ꝙ moues motu naturali mouetur ⁊ nō
eſt immobile. In motu autē volūtario
appetitus eſt mouēs motum nam mo
uetur ab appetibili vt habetur. iii. de ani
ma. relinquitur ergo ꝙ ſoluꝫ intelligibile
⁊ appetibile per modum finis vniuerſal'
eſt mouens non motum. Secundo de//
claratur concluſio. nam motus celi non
eſt propter generationem ⁊ corruptioneꝫ
horum inferioruꝫ ſicut propter finem vl//
timum qꝛ finis eſt nobilior hijs que ſunt
ad finem. ſed eſt propter ipſum primum
mouens. ſicut propter finem vt. ſ. proxi//
mus motor celi per motū celi aſſequatur
ſimilitudinem primi inquātum per mo
tum celi eſt cauſa reruꝫ quia ergo motus
celi eſt propter primū ſicut propter finem
ſeqtur ꝙ motor pri⁹ mouet ſicut appeti//
bile ⁊ itelligibile. Ex p̄dictis pꝫ ꝙ pfectio
primi mouentis poteſt attendi ex tribus
vno modo ex ratione intelligibilis ⁊ ap//
petibilis. Alio modo ex comparatione
eius ad mobile. ⁊ ad celum. Tertio mo
do ex comparatione eius ad primū mo
torem celi. ſ. intelligentiam. Ex primo ſic
oſtenditur ſicut eſt quedā ordinatō mo//
bilium ⁊ mouentium. ita eſt quedam or
dinatio appetibilium ⁊ intelligibilium ⁊
ſic ſicut in mobilibus primum eſt cauſa
aliorum. ita in intelligibilib⁹ primum eſt
cauſa intelligendi alia. ſicut ergo per hoc
ꝙ prima ſubſtantia eſt primum mouēs
oſtenſuꝫ eſt ꝙ eſt actus purus ⁊ ſimplex
ita eadem ratione oſtenditur ꝙ eſt pure
ſimplex ac primo intelligilis. naꝫ in co//
ordinatione intelligibilium ſubſtātia eſt
primo intellibigibilis quam accidentia
accidētia enim non habent intelligi niſi
per ſubſtantiam ſicut nec diffiniri. ſimili//
ter inter ſubſtātias. ſimplices ſunt prius
intelligibiles eo ꝙ ſimplices claudūtur
in intellectu compoſitorū ⁊ inter ſubſtā//
tias ſimplices que ſunt materia ⁊ forma
de genere ſubſtātie forma ſiue actus pri
us eſt itelligibilis quam potentia. quia
poteſt diffiniri per actum ⁊ intelligi. ⁊ ſic
ex hoc quia prima cauſa eſt primuꝫ intel//
ligibile concludi poteſt ꝙ eſt primus ac//
tus ⁊ idem poteſt oſtendi ꝙ eſt primuꝫ
appetibile ⁊ intelligibile. vnde primum
appetibile eſt optimum ⁊ perfectiſſimuꝫ
Ex ſecundo. ſ. ex comparatione motoris
ad mobile oſtēditur perfectio ipſius mo
toris. nam primum mobile ⁊ ſi non mo
ueatur motu. ad formaꝫ mouetur tamē
motu circulari. oſtenſum eſt enim ſupra
ꝙ primum mouens eſt omnino immo//
bile. Ex quo pꝫ perfectio motoris ad mo
bile. Ex tertio. ſ. ex comparatōe primi mo
toris ad proximuꝫ. arguitur perfectio pri
mi motoris ad apprehenſioem qꝛ prox
imus motor celi apprehendit primum
motorem ⁊ eius deſiderium mouendo
ad quod ſequitur delectatio. nam delec
tatio fit per hoc ꝙ intelligēs. accipit ipm
intelligibile. cum ergo primus motor ſe
ipſum maxime accipiat. ⁊ ſit ſibi ipſi ma//
xime prius. ſequitur ꝙ eſt multo maior
delectatio ⁊ iocūdior conſequens apprē//
henſioneꝫ eius primi motoris quam de
lectatio conſequens apprehenſionem ſe
cundi motoris. vnde pꝫ perfectio primi
motoris ſupra proximū motorem. Ad
rationes ante oppoſitum. ad primam di
citur. ꝙ in immobilibus eſt finis prout
eſt optimum ⁊ vltimum ⁊ non vt de ra//
tione eius ſit ꝙ acquiratur per motum
⁊ ſic in immobilib⁹ eſt bene finis q̄ q̄deꝫ
finis non eſt terminus mot⁹ ſed opera//
tionis. Ad ſecundam dicitur ꝙ celum
dirigit a cognoſcēte. ſ. ab anima nobili
ideo accipiēdo pro toto aggregato cog
noſcit. Ad tertiam dicit ꝙ finis ⁊ effitiēs
idem eſt. eſt enī idem a quo res proceſſit
in eſſe ⁊ in quo redibit. videt tamen alia
⁊ alia cauſalitas effitientis ⁊ finis.

Queritur quinto. Utrum
celum ſecundum totam ſubſtantiam ⁊
ſecundū ſuuꝫ motuꝫ dependeat a primo
principio. Arguitur ꝙ non ſecundum
ſubſtantiam quia quod ineſt alicui ſecū
dum ſuam naturam remoto quocunqꝫ
extrinſeco ei ineſt ſed ſemp eſſe ineſt celo
ſecundum ſuam ſubſtātiam. ergo remo
to primo principio ad huc celū eēt ⁊ hoc
non eſſet ſi depēderet a principio primo
ſecundum ſuam ſubſtantiam. Arguitur

ſecundo ſi dependeret a primo vel depen
deret quantuz ad eius productōem vel
quantum ad eius conſeruationem non
quantum ad eius productionem. quia
celuz non eſt ꝓductuz quia omne quod
producitur a ſubiecto 7 cōtrario ꝓdu
citur. celo autem nichil eſt cōtrariuz. nec
ante generationem celi fuit ſubiectuz nec
quantum ad conſeruationem in eſſe cuz
non dependeat in eſſe. Tertio ſic efficiēs
eſt cauſa vnde motus. ſed celum non eſt
tranſmutabile ſecundum ſuam ſubſtan
tiam. ergo a nullo ſecundum ſuam ſub
ſtantiam depender tanquam a cauſa effi
ciente. Arguitur quarto ꝙ non requirat
quantum ad eius motum quia celum
ſecundum ariſtotilem eſt animatū. ergo
mouetur per ſe 7 a ſe 7 per cōſequens nō
ab aliquo extrinſeco motore. In op/
poſituz eſt ariſto. pro reſponſioē ē primo

**Sciendum ꝙ philoſophorum**
dicētiuz mundum ſiue celum eſſe eter
num duplex oppinio fuit. quidam enim
dixerunt ipſum eſſe eternuz 7 a nullo de/
pendere in eſſe ſed ſecūduz ſe 7 a ſe habe/
re ſemper cauſam eſſendi. Alia fuit oppi
nio dicentium ex omnibus. omnia eſſe
perpetua 7 dependere a principio 7 du/
cūt exemplum. ſi ab eterno pes fuiſſet in
puluere veſtigium pedum ab eterno eſſꝫ
in puluere 7 tamen veſtigium pedis de/
pendet in eſſe a pede. Aliud exemplum
ſi ſol eſſꝫ ab eterno ſupra noſtrū emiſpiuz
ſplēdor celi ab eterno eſſꝫ luciſſꝫ ſup nos
7 tamen ille ſplēdor eſſet cauſatus in eſſe
ab eo. Cōtra primā oppinionē ponit

**Concluſio. celum 7 mundus**
dependent a deo in eſſe. probatur quia
poſteriora 7 iperfectiora depēdent a prio
ribus 7 perfectioribus vt cauſata depen
dent ab aliquo quod eſt cauſa ſed deus
ſiue prima cauſa eſt primum 7 perfectiſſi
mum in genere entium. ergo celuz 7 om
nia dependent ab illo in eſſe non tamen
poteſt dici ꝙ celum ſit primuz ens quia
vt probatum eſt primum ens eſt immo
bile 7 inuariabile 7 pure ſimplex que om
nia celo repugnant.

**Secunda cōcluſio. mūdus**
non ſolū depēdet a deo ſed etiaz habuit
principium durationis ſue. ita ꝙ fuit de
nouo productus per creatioēm 7 hec cō
cluſio ſumitur ex veritate fidei quia om/
nis creatura eſt ex nichilo. ſed mundus
eſt creatura. ergo mundus eſt ex nichilo
ſed quicquid eſt ex nichilo aliquando
nichil fuit. ergo non eſt ab eterno 7 per
conſequens eſt de nouo productus per
creationem.

**Tertia concluſio. licꝫ ſecun/**
dum veritatem fidei tenēduz ſit mūduz
incepiſſe de nouo tamen hoc demōſtrari
non poteſt. probatur quia ſi demōſtra/
retur aut ex parte ipſius facti aut ex parte
facientis. non ex parte facti. quia mediuz
in demonſtratiue eſt quod quid eſt ſub/
iecti. quod quid eſt autem abſtrahit ab
hic 7 nunc. ergo non poteſt demonſtrari
incepiſſe nec poteſt demonſtrari ex par/
te faciētis quia in voluntate dei erat pro
ducere munduz ab eterno ratio autem
humana non poteſt inuenire volunta/
tem dei. Ad maiorē euidētiaz huiꝰ

**Sciénduz ꝙ duplex eſt agens**
quoddam eſt agens per motum 7 gene
rationem 7 tale precedit effectum natura
7 tempore. quia effectus nō eſt niſi in ter
mino actionis. tale autem agens eſt ante
actionem. Aliud eſt agens per ſimplicez
emanatioēm 7 tale non neceſſario prece/
dit effectum tempore nec duratione. ſed
natura ſolum. ſicut pꝫ de illuminatione
medij. vnde pꝫ ꝙ cum deus producit
mundum per ſimplicem emanationem
quod non eſt neceſſe deū preceſſiſſe mū
duz tempore 7 duratione ſꝫ natura tātuz

**Ultimo notandum ꝙ de**
ratione creatōnis duo ſunt. primum eſt
ꝙ creatio non ꝑſupponit. aliquod ſub/
iectum per quod differt a generatione 7
motu in quibus preſupponitur. Secū
duz eſt quod illud creatur prius habuit
non eſſe ſecundum naturam quam eſſe.

cuius cauſa eſt quia illud eſt prius alicui
ſecundum naturam quod ſibi ſecundũ
naturam ineſt ꝛ nõ ab aliquo extrinſeco
ſed quod cauſatur ex ſe nichil eſt. ꝛ habet
non eſſe. ab alio autẽ habet eſſe. ſequitur
ergo ꝙ illud quod creatur prius natura
habeat non eſſe quam eſſe ꝛ ab alio non
eſſe ꝛ per hoc differt creatio a generatõne
filij in diuinis. Ex p̃dictis patʒ ꝙ hec pro//
poſitio ex nichilo aliquid creatur poteſt
habere duplicem ſenſum ꝛ ſic ſenſus ali
quid creatur ex nichilo .i. ex nullo ſubiec
to ita ꝙ manet negatio ꝛ ordo creatõis
ad ſubiectum manet negatus. Et hoc ſe//
cundum primũ requiſitũ ad creatõem
Secundum ꝙ ſit ſenſus aliquid creatur
ex nichilo .i. poſt nichil aliquid creatur ꝛ
hoc ordine nature non autem prius du//
ratione quia nõ oportet ꝙ maneat ordo
alicuius durationis ipſius creatõnis ad
nichil ſed ſolum manet ordo prioritatis
nature ꝛ non duratõis. Ex quo patʒ quo
modo celũ eſt neceſſariũ ꝛ tamen habet
in ſe cauſam ſue neceſſitatis per hoc ꝙ
non eſt ad mixtũ priuationi ad formam
habet tamen illam, cauſam ab alio ſim//
pliciter loquendo de potẽtia q̄ eſt in deo
celum poteſt non eſſe ꝛ omnia alia ſicut
potuit ea producere ita ꝛ adnichilare. tñ
ex aliqua potentia que ſit in ipſo celo nõ
poteſt non eſſe ſed bene generabilia ꝛ ſic
patʒ celum dependere a deo ſecundum ſui
ſubſtãtiam. ꝛ per conſequens dependere
ſecundũ ſuum motum per eandem ra//
tionem. ſequitur ulterius ꝙ tota natura
dependet a primo quia celum dependet
a primo. modo celum eſt primũ in gñe
ſenſibiliũ ꝛ eſt cauſa naturalium ꝛ ma//
terialium. Ad rationes. ad primã di
citur ꝙ maior eſt vera remouente illa na
tura per quã ſibi ineſt. modo dicitur ꝙ
ſi primũ non eſſet natura celi per quam
eſt incorruptibile periret cum totũ quod
eſt in celo dependeat a primo. Secunda
ratio ſatis ſoluitur ex dictis. Tertia ratio
probat celum fuiſſe productum per mo
tum. dicit̃ etiam ꝙ ſi celũ non ſit tranſ//
mutabile ſecundum ſubſtantiã per po//
tentiã que eſt in eo. eſt tamen tranſmu//
tabile per potentiam que eſt in deo. Ad
aliam dicitur ꝙ ſecũdum veritatem celũ
non eſt animatum ymo mouetur ab in//
telligentia ſeperata.

**Queritur ſexto. Utrum celũ**
ſit animatũ. Arguitur ꝙ ſic quia quod
mouetur a ſe eſt animatũ. ſed celũ mo//
uetur a ſe. ergo eſt animatum. Secundo
ſic motus celi nõ eſt violentus. ergo eſt
naturalis vel a natura vel ab anima. nõ
a natura quia determinata eſt ad vnum
ad quod ſi peruenerit eſt ſtatus. ſed celũ
ẽ ad diuerſa vbi ꝛ ſemp̲ mouet̃. ergo ꝛc̃.
Iterũ probat̃ ꝙ ex p̲te effectus motus
quia motus celi producit vitã ꝛ ſenſum
ſed nulla forã corporea poteſt illud facere
alias ageret vltra proprium gradũ. ergo
oportʒ ꝙ talis mot᷒ ſit ab anima. Quar
to ſic celum inter omnia corruptibilia eſt
nobiliſſimum. ſed animatũ nobilius eſt
inanimato. cum ergo quedam corpora
ſint animata ſicut planete a fortiori erit ce
lum animatum. In oppoſitũ arguit̃
quia ſi celum eſſet animatum tunc cum
anima vegetatiua ſit prior ſenſitiua. ꝛ ſen
ſitiua intellectiua. ſequitur ꝙ celũ habe//
ret animã ſenſitiuam ꝛ vegetatiuã. ſed
hoc eſt falſũ quia tales anime ordinant̃
ad conſeruatiõem vite ꝛ ſolũ inſint cor//
ruptibilibus cum ergo celũ ſit incorrup
tibile ſequitur ꝙ ſibi non ineſt anima ve
getatiua nec ſenſitiua ꝛ per conſequens
nec intellectiua.

**Pro quo ſciendum ꝙ ypa-**
tetici poſuerũt mundum habere animã
ſed fuit diuerſitas inter eos. quidã dixe//
runt animam celi habere tres potentias
.ſ. appetatiuũ. intellectiuũ. ꝛ ymagina//
tiuũ. intellectus enim ꝛ ymaginatõ ma
nent imperando motũ ꝛ appetitus exſe//
quendo motum. quare autẽ poſuerũt
animã celi habere ymaginatõem. ratio
eſt quia intellectus ſolum eſt apprehenſi//
uus vniuerſalium cum ergo motus celi
ſit particularis ꝛ ad effectum particula//
rem oportet animam celi habere ymagi
natõem que eſt apprehenſiua ſingulariũ
Alij dixerũt aĩam celi habere tantũ duas
potẽtias .ſ. intellectiuũ ꝛ apphenſiuum

quia licet forma apphenſa per intel'ectū inquātuʒ huiuſmoi ſit vniuerſal' tn̄ per extentōeʒ ad opus ⁊ per cōtactū materie ſit ꝑticularis. ⁊ ideo ꝓpter hoc nō opor//tuit ponere in aīa celi ymaginatōeʒ. oēs auteʒ cōueniunt in hoc ꝙ nullus poſuit potētias vegetatiuas in aīa celi eo ꝙ or//dinant̄ ad cōſeruatōeʒ vite. eo ꝙ cōſerua//tiōe nō indiget celū cuʒ ſit incorruptibile nec poſuerūt in eo potentias ſenſitiuas eo ꝙ ſenſus ſuſceptiu⁹ eſt ſperum ſenſi//biliuʒ Sanct⁹ thomas ⁊ Albertus non determināt ſe ad aliquā ꝑtem hui⁹ ma//terie. ſʒ eaʒ relinquunt ſub dubio. ponit̄

**Concluſio. celuʒ non eſt aīatuʒ**

probat̄ per ratōeʒ poſt eppoſituʒ. Ecco ſic probat̄. qꝛ ſm ponētes celuʒ eē aīi//matū aīa eius nō habet niſi potētias in//tellectiuas. ſʒ ſm tales potencias aīa non eſt act⁹ corporis. qꝛ tales potētie ſunt ſe//pate vt dicit̄. iii. de aīa ſʒ aīa hūana ſcʒ m potētias ſenſitiuas ⁊ vegetatiuas eſt act⁹ corporis. ſi ergo aīa celi ſoluʒ habeat po//tētias intellectiuas non eſt act⁹ celi ⁊ per cōſequens non habet aīam vt formā ſʒ qꝛ plato ⁊ ariſtotiles vident̄ dicere celū eē aīa//tuʒ. ideo ad ſeruāduʒ dictuʒ eoꝝ. Eſt

**Sciēdum ꝙ anima habet tri**pliceʒ habitudinē ad corpus. comparatur eniʒ ad corpus quātuʒ ad eē. ſ. prout ex aīa ⁊ corpore ſit vnuʒ ſicut ex mā ⁊ forma. Alio mō comparatur ad corpus quātū in ad cognitōem in eo ꝙ aīa indiget corpore ad intelligēduʒ vel tanquaʒ obiecto vel or//gano ⁊ quātuʒ ad iſta duo intelligentia mouēs celuʒ non poteſt dici aīa celi nec intelligit per ipm̄. ſʒ intelligit per ſpēs ac//ceptas a ſuperioribus intelligentijs. Alio mō comparatur aīa ad corpus ſicut mo//uens ad mobile ⁊ quātuʒ ad hoc intelli//gētia mouēs celuʒ poteſt dici aīa celi vi//delicʒ vt aſſiſtēs ⁊ non inherens ipſi celo

**Ad rationes. ad primā dicit̄** ꝙ celum dicit̄ moueri a ſeipſo proquāto mouetur ab intelligētia ſibi vnita vt mo//tor mobili. Ad ſcd̄aʒ dicit̄ ꝙ motus celi poteſt cōpari ad ipm̄ celuʒ ⁊ ſic eſt na//tural' ꝑquāto celū habet naturaleʒ incli//natōeʒ ad talem motū. Alio mō poſt com//pari ad intelligētiaʒ ⁊ ſic mot⁹ celi dice//ret̄ volūtari⁹. dicit̄ vltra ꝙ mot⁹ celi no ē ad cōtraria. naʒ in celo nō ſit cōtraria qꝛ non diſtāt ſm lineā rectaʒ ſʒ ſm circu//lareʒ. Et hoc qd̄ dicit̄ ꝙ natura determi//nata eſt ad vnū. dicit̄ ꝙ illud intelligen//dū ē de formā ⁊ nō d̄ mā. mā eniʒ indifferēs eſt ad vtrūqʒ oppoſitoruʒ. modo in celo eſt pricipiuʒ mā'le paſſiuuʒ ſui mot⁹ non formāle ⁊ celuʒ non habet māʒ priuationi admixtā quātuʒ ad formā ſubſtātialem ſʒ bene hēt qntuʒ ad vbi. quātū ad iſta in celo eſt duplex formā inherens materie ce//li que nō habet nomē impoſituʒ ſʒ vocat̄ formā celi ⁊ aīa nobilis que ſibi aſſiſtit. Ad aliā dr̄ ꝙ intelligētia ē cā vite ⁊ ſenſus ꝑ motū celi ſicut per inſtrumētuʒ. ideo in//telligētia eſt cauſa pricipalis ⁊ non celuʒ ⁊ ſic non oportet ꝙ ſit aīatuʒ celum. Ad quartā dicit̄ ꝙ formā hominis dupliciter cōſideratur. vno mō vt act⁹ corporis. ſ. ſm illas potentias ſm quas eſt actus. ⁊ hoc mō formā celi eſt pfectior ꝑquāto ter//minat totaʒ potētialitateʒ materie. ſʒ cōſi//derādo formā hominis ſm ꝙ eleuata ē ſupra materiā ſecundum. ſ. ꝙ ex ea ſluūt potētie intellectiue nobilior eſt forma ce//li. Dicitur inſuper ꝙ celum habet formā nobiliorem quam plāte vel bruta. ⁊ hoc conſiderando celum vt eſt inſtrumentū intelligentie mouentis. ideo quantuʒ ad motum eſt cauſa vite ⁊ ſenſus. ita intelli//gentia nobilior eſt quaʒ anima. Ad quī//tam dicitur ꝙ licet celum non habeat in//tellectiuū nec appetatiuū tn̄ intelligentia que eſt proximus motor celi habet intel//lectiuū ⁊ appetatiuū ⁊ ipſa mouet̄ a pri//ma cauſa per moduʒ appetibilis ⁊ intel//ligibilis.

**Queritur ſeptimo. Utrum** prima cauſa que deus eſt ſit oīmo ſim//plex. Arguit̄ ꝙ non. quia apud nos cō//poſitiora ſunt nobiliora ſimplicibus vt compoſitum quam materia vel forma. ſʒ quicquid perfectionis eſt in iſtis inferio//ribus deo attribuendū eſt. ergo deus eſt compoſitus. Secūdo ſic ꝙ in deo ſit com//poſitio ex natura ⁊ ſuppoſito qꝛ vere di//cimus deitas eſt in deo ſed nichil eſt in ſe ipſo. ergo non eſt ideʒ quod deitas ſicut

nec homo idem ꝙ humanitas. [illegible] ꝙ in deo ſit compoſitio ex eſſe ⁊ eſſentia. q̄a de deo cognoſcim⁹ ſi ē ⁊ nō q̄d ē. ergo in deo quodquid eſt ſine eſſentia ⁊ eſſe nō ſunt idez. Item in deo eſt compoſitio ex genere ⁊ differentia. qꝛ omne quod ponit̄ in genere componit̄ ex genere ⁊ differētia ſed deus ē in genere q̄a ſubſtātia eius eſt per ſe ſubſiſtens. ergo non eſt omnino ſimplex. In oppoſitum eſt philoſo. in hoc duodecimo dicens ꝙ ſubſtantia prīā eſt ſimplex. Pro reſpōſione ponit̄ prima

